ſter Nicola⁹: quē in morte angeli cō-
mitabant̃ letātes ⁊ canētes mias ni-
colai fidelis. Et vt oīs fideliū multi-
tudo sciret: ꝙ̄tū cor appoſuit religio-
ni mīe: ecce fons olei emanat a ſepul-
chro ei⁹ marmoreo in oſtēſionē cōſtā-
tis miſericordie hui⁹ ſcti: qui ꝓpter-
ea figurat̃ in oliua pigui ſpecioſa in
campis oīb⁹: q: cūctis deuotis ſuis
opē adhuc miſericordie ꝑſtat de ꝑca-
tione pulſat⁹: adhuc em̄ religionem
ſuā ſeruat etiā in celis: vbi apud deū
⁊ pr̄eꝫ ſemꝑ religio mūda ⁊ imacula-
ta hec ē dū eccl'ia durat .ſ. viſitare pu-
pillos ⁊ viduas ī tribulatiōe eoꝝ. For-
te dicet q̄ſpiā: ꝙ multi elemoſynam
largiūt̃: q̄ hos fruct⁹ nō ꝯſequūtur.
Quid et qualiter dādū eſt. Nec mirū q: forte hoꝝ largitio pec-
cat ī materia ⁊ in forma. Ubi nota ꝙ
elemoſyna pōt fieri de bonis iniquo
affectu vel malo actu acquiſitis: ſed
nō ō iniuſto titulo habitis. Itē de pa-
trimonio xp̄i: qđ habent clerici. Me-
lius tn̄ de ꝓprio. Sed optime ſi acq̄-
ritur ſudore qđ dat̃: ⁊ oportet ꝙ ſit
de optimis: nā ſcriptū eſt. Que offe-
retis deo donaria optima et electa
Numeri. xviij. erūt. qđ eſt cōtra deteriora dantes.
Sꝫ o beate Nicolae qui ⁊ xp̄i patri-
moniū ⁊ tuū pri⁹: ⁊ qđ labore acqui-
ſieras ⁊ miraculo multiplicaſti ⁊ etiā
teipſum paupeꝝ indigētie largitus
es. Si aūt de forma elemoſyne q̄ris
miſericorditer dāda eſt ſm dātis fa-
cultatē ⁊ ſemꝑ munificentior ſit ani-
mus ſuꝑ manū: q: ſpirituū pondera-
tor eſt dn̄s. Ut multa des in effectu:
maiora vero in affectu vultu hylari:
Eccleſia. ij. q: hylaritas vult⁹ eſt elemoſyne ſal.
Itē cū pīguedine oris dulci dari de-
bet iuxta id. Inclina pauperi ſine triſti-
tia aurē tuā: ⁊ reſpōde ei in pacifi-
ca māſuetudine. Quidā em̄ mox vt
ab egenis petitio eis ingerit̃: in eos
cōtumelias iaculant̃: qui ſi reb⁹ mi-
niſteria religiōis miſericordie perfi-
ciāt: verbis tn̄ contumelioſis erogati-
grām ꝑdūt. Cū ergo videris nudū Eſa. xviij.
operi eū: ⁊ carnē tuā ne deſpexeris. Puer. iiij.
Nec dicas paup̄i. Uade: ⁊ reuertere
cras dabo tibi: cū ſtatim poſſis dare
nec tardes datū āguſtiāti. Qui em̄ Eccle. iiij.
cito dat bis dat. Item dari debet ele-
moſyna ſecrete: ne ꝓpter vanā glo-
riā: perdas mercedē dei. Et vltimo
danda eſt in charitate et ex charita-
te: vt a teipſo incipias. His oibus re-
quiſitis cōditionib⁹ calificata eſt ele-
moſyna Nicolai: vn̄ ꝑ hanc meritohꝫ
fruct⁹ optimos ī glia quā michi. ⁊c.

## De ſancto Nicolao ſermo quartus: quomodo de celo venit: atq; de ei⁹ deſcē- ſu ⁊ caſib⁹ noſtris: ac de vigilia ſua ⁊ noſtra.

Ecce vigil ⁊ ſanctus deſcendit de
celo. Daniel. 4. b.

Inuocatio qua probat̃ quomodo
per mariā de⁹ ad nos vſq; deſcēdit:
vt per eā nos ad ipſum aſcendam⁹.

Inuocatio. Quādo deus vo-
luit ad nos deſcēdere
⁊ cū hoīb⁹ ꝯuerſari vſ⁹
eſt adiutorio: nec ꝑ ſe
ſolū deſcēdit: vt pꝫ ī vi- Marie ſcala eſt
ſiōe iacob oſtēſa: q̄ eū vidit inixū ſca-
le vt .ſ. deſcēderet. ꝙ ſi ops ad ſuū de-
ſcēſum tali vſus eſt auxilio: nōne do-
cuit nos eodē vti: dū fert animus in
celū ire? Certe in hoc negocio exem-
plū dedit nobis: vt volētes aſcende-
re ita ⁊ nos faciam⁹ Marie adiuto-
riū iplorādo: q̄ velut ſcala nō lignea
ſed lapidea ſemꝑ ad aſcēſū inuitat:
ac deſcenſū: ideo em̄ dr ꝙ pars ſcale

celū tāgebat: ⁊ infima pars terram:
vt terrena celeſtib⁹: ⁊ celeſtia terre-
nis ſociaret. Vñ per eā dicunt̄ aſcen
dere: ac deſcēdere angeli: qm̄ (vt ait
Beda): ſi vnus angelus poteſt aliū
mittere: oēs deſtinare poterit ange-
loꝝ regina: vt ad eum qui ei fuerat
inimicus eleuēt orōnes noſtras. Non
indiget deus ſcale: tanꝙ egēs ea:
ſed vt nobis eam pararet: ſciebat em̄
ꝙ nobis opoꝛtuna foꝛet: nam ⁊ ſi vt
notat Guill̄. pariſieñ. Oꝛatiōes no-
ſtre per ſe valeāt ad deum vſq̧ puo-
lare: tñ qꝛ nūc tepide ſunt: ⁊ terrena
habitatio depꝛimit ſenſum oꝛantis:
per neceſſaria eſt nobis ſcala Ma-
ria: cuius humilitas exaltata velut
pars ſuperioꝛ nō ſolū celos ſed deū
tangebat: quādo reſpexit humilita-
tez ancille ſue: ⁊ ei adheſit: qñ exina
niuit ſemetipſuz ei⁹ foꝛmā accipiēs.
Pars inferioꝛ fratres hui⁹ ſcale nr̄a
eſt: qꝛ terrā tāgit ideſt terrenos ho
mines per maternā pietatē: pietas
em̄ Marie oībus cōdeſcēdēs pars
Eccleſia. xlix.b. eius inferioꝛ eſt: q̄ nunꝙ deſinit tan
gere nos etiā ſi mali ſimus (qm̄ Sa
piens ait) In dieb⁹ peccatoꝝ coꝛro
boꝛauit pietatē. Ex hoc patet ꝙ ma
ria non repellit: non fugit ꝑpter pec
cata noſtra ſꝫ irritatur ad miſerēdū:
que ideo dr̄ coꝛroboꝛaſſe ī dieb⁹ pec
catoꝝ pietatē ꝙ ſi tam pia eſt ad eā
pro grā eūtes offeram⁹ aue maria.
Argumētū dicendorum. ¶ Argumētū quo ꝓbat̄ quomodo
ſancti ſe ad inuicem laudāt.

Vilitas ſeu paucitas materie nos
facit de foꝛma mirari: vt patꝫ de cru
cifixo ī paruo ligno ſeu lapillo ſcul-
ptor: ⁊ in virtute īnata paruiſſimo la
pidi precioſo. Ceteri ſancti poſt paſ-
ſionē xp̄i procreati optime valent di
ci eius imagines magne: qm̄ tractu
tēpoꝛis ⁊ improbo laboꝛe grās eius
obtinuerunt; quapꝛopter non mira
mur de eis pluriū: qꝛ laboꝛ aſſidu⁹
omnia vicit: ⁊ omnia poſſibilia ſunt
credenti; ſed mirandū eſſet nobis
de beato Nicolao: qui non ſolū grā
deuus ſed tātillus abſtinētie ꝟtutez
obtinet: qui tali inter ſanctos hono Sapien. viij.c.
re decoꝛat̄: vt dicat. In cōſpectu po
tentiū admirabilis ero: ⁊ facies prin
cipū mirabuntur me. Potentes ꝟtu
te ſunt ſancti: pꝛincipes terre ſunt a-
poſtoli: ante quos mir⁹ reperit̄ Ni
colaus: qm̄ pꝛopulſato liuoꝛe qui ꝓ-
cul eſt ab eis: laudant in alio gratiā
quā in ſe non vident: qꝛ ſicut digitos
manuū ſic deus inequales fecit ſan
ctōs: qui ſe habent ſicut excedens ⁊
exceſſum: quo (vt notat Gregoꝛi⁹)
inter eos ſeruet̄ humilitas: ⁊ non ſo
lū alter ad alteꝝ laudem tribuat: ſꝫ
etiā illum extollant: per quē fit gra
tiarū diuiſio: cum quibus ⁊ nos mi-
rari debemus dicentes. Ecce vigil:
⁊ ſanct⁹ deſcendit de celo. ideſt talis
nec ſimilis illi non inuenitur in ter Diuiſio.
ris: ſed videtur de celo deſcendiſſe.
¶ In pꝛioꝛi ſermonis parte oſtēdā:
quomodo deſcēdit de celo. i. de xp̄o:
⁊ quot fecit deſcēſus caſib⁹ noſtris
ſubuenientes.
¶ Inter alios celos quos ſacra pa
gina enarrat nobis: deus ipſe pꝛeci
puū eſt: nam deitas eius (cuius am-
bitu oīa ⁊ celi celoꝝ cōtinētur) celū Eſaie. xiiij.d.
eſt: de quo ait Lucifer. Aſcendam in
celū: ⁊ ſuper aſtra dei exaltabo ſoliū
meū. In celo empireo creati ſunt an
geli: qd̄ (vt refert damaſcen⁹) mox
vt creatū eſt angelis repletur: ⁊ ibi
ſm̄ ſuam exiſtentiā erat lucifer: cum
deū laudarēt aſtra matutina. Sꝫ vo
luit altius aſcendere/ etiam vſq̧ ad
ipſam deitatē: vnde ideo dixit. In ce
lum aſcendā. In celo non eſt inueni
re pꝛincipiū: nec finem pꝛopter ſuaꝫ
rotūditatē; ⁊ ſic deus caret initio: ⁊
carebit

Deitas dicitur celū carebit fine pꝛopter ſuaꝫ eternitatē.
Celum peregrinis impꝛeſſionib⁹ nō
inficitur: ⁊ ſic deo nichil nouum po-
terit adherere: qꝛ nulle foꝛme pote-
rit eſſe ſubiect⁹: ideoq̧ imunis eſt a
quibuſuis paſſionib⁹. Itē cuncta ce-
lo ſubdita ſunt: cuius motu regunt̄:
qꝛ vultus inferioꝛuꝫ ſubijciūtur vul
tibus ſuperioꝝ: ⁊ ſic angeli deo: qui
veluti ſupꝛemū celum ſuper omnia
influit ſtillicidia ſua. Itē celū oībus
eminet et ſic celſitudine diuina ſubli
mis deus angelis pꝛeſidet: vnde cū
lucifer dixit: in celū aſcendam ideſt
in ipſam deitatem; ꝯſequenter adiū
xit: ⁊ ſuper aſtra dei exaltabo ſoliuꝫ
meū. Sed xp̄s cui hec aſcenſio reſer
uatur: obuiat lucifero dicēs. Nemo
aſcendit in celū: niſi filius hoīs qui
Joha. eſt in celo. Si hoc de celo materiali
capiatur: quiſq̧ timebit vidēs oīb⁹
celi aditū denegari: qꝛ nemo idē eſt
ꝙ nullus homo: vñ dictū xp̄i cōtra
oēs militat: ſed Auguſtin⁹ poſt lon
gā exagerationē: qua queſiuit a xp̄o:
quomodo ſol⁹ vult aſcendere: reſpō
dit: ꝙ in filio ꝟginis oēs qui ſunt ex
parte eius intelligūtur velut caput
⁊ mēbꝛa. Ponit exēplū qꝛ ſi quis nu
Nemo aſcēdit in celū niſi chꝛiſtus. dus a monte deſcēderet: ⁊ poſtea ve
ſtitus reuerteretur: veꝝ eſſet dicere:
ꝙ ſolus aſcendebat: iam ergo dei fi-
lius nudus in pura deitate deſcēdit
de celo: in terra vero accepit veſtem
humanitatis: accepit ⁊ veſtē coꝛpo-
ris ſui miſtici: qꝛ ei vniūtur membꝛa
ſua: ⁊ ſanctis oībus (teſte Eſaia) ſi-
cut oꝛnamento veſtitur: de ſeipſo ſic
Eſaie. xiiij.c. induto dixit. Nemo aſcēdet in celū:
niſi filius hoīs qui eſt in celo. Aſcen
det ſm̄ hūanitatē: eſt in celo ſm̄ dei-
tatē. Quis vt vidiſti ſic optime decla
retur dictum xp̄i: tamē ita euidens
apparet aliquib⁹: vt nulla expoſitio
ne indigeat illa ſententia: ſi tamē fue-
rint eius termini expoſiti. Nam ſi vt
aſſeruimus deus eſt celū: liquide cō
ſtat: ꝙ ad hoc per equalitateꝫ aſcen-
dit nemo: niſi xp̄s dei elect⁹: niſi xp̄s
homo qui per vnionē ypoſtaticā aſcē
dit ad coꝛ altū: ⁊ exaltatus eſt deus.
Nemo igitur hominū nec angeloꝝ
ad celū deitatis aſcendere audeat:
nec geſtiat: qm̄ ſoli xp̄o hec reſeruat̄
aſcenſio: cuius humanitas tantum
aſcendit: tm̄ immerſa eſt celo deita-
tis: vt cōditionib⁹ celi potiri videat̄.
Et tam vnita ſunt celum ⁊ terra in
xp̄o: ꝙ alteꝝ alterius noīe ſoꝛtiatur:
eſt em̄ terra tam celeſtis: ꝙ ⁊ celum
ſit: qm̄ totus xp̄s ſub nomine celi ꝓ Deutero. xxviij.d.
ponitur in illa pꝛophetica voce: vbi
dicitur. Aperiet dn̄s theſaurum ſuū
optimū celū: vt pluuiam tribuat ter
re ſue. Aperire hoc celuꝫ: ⁊ hūc ꝓpa
lare theſaurum eſt oſtendere nobis
chꝛiſtum ſuū: quod ⁊ ipſi apl̄i depꝛe
cabantur chꝛiſtū dicentes. Dn̄e oſtē
de teipſum mundo. ſ. tribuens terre
tue: tribuens eccl̄ie tue pluuiam do
ctrine: qm̄ hacten⁹ eſt ſicut terra ſine
aqua tibi. Nec mirū ꝙ ſub noīe cele
ſtis theſauri deſignetur chꝛiſtus: in
quo ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊
ſcientie dei: ⁊ theſaurus meritoꝛum:
que tñ admodū pluuie. ſ. cōmuniter
⁊ abundāter impartit̄ ſicut optimū
celū: qd̄ nullā deſtillat īpꝛeſſionē no
xiam: nec habet niſi bonum vultuꝫ.
Chꝛiſt⁹ ergo celum optimū eſt: quo
celantur optima queq̧: oēſq̧ theſau Humilitas xp̄i.
ri: tamen de iſto celo ait thema.
¶ Vigil ⁊ ſanctus deſcendit de ce-
lo. De ſūmo celo altitudinis ſue. vi
debatur xp̄s deſcendiſſe: et ſeipſum
deſpicere: quando in humilitate no-
ſtra memoꝛ fuit noſtri: quādo nichil
differebat a ſeruo: quādo voluit fra
tribus aſſimilari: quando deſcendit
ad pedes vſq̧ beati Petri: qui xp̄m

celum tam inclinatū videns miratꝰ
dicit. Dñe tu michi lauas pedes? Tu
qui es celū tm̄ deſcendis? Video im
pletaꝫ petitionē q̄ dixit. Dñe inclina
celos tuos ⁊ deſcēde. Hic dñs de ce
lo.i. de ſeipſo deſcendēs: qꝛ exinani-
uit ſe ac hūiliauit dꝛ vigil ⁊ ſanctus
Certe vigil paſtores requirit vigilā-
tes ⁊ cuſtodiētes vigilias noctis ſu-
pra gregē ſuū. Et vigil in oratione ꝓ
nobis dꝛ ꝑnoctaſſe. Iſte quoqꝫ ante
ſctūs ꝙ̄ ꝯceptꝰ nois ethymologiaꝫ
ſeruat: qꝛ eſt ſine terra (qm̄ de eo di
cit) Qui de terra eſt de terra loqui
tur: q̄ de celo venit ſup oēs eſt. Iſte
dñs vigil vigilātiū qui ꝓmiſit coro
nā vigilātibꝰ: iſte ſctūs ſcrōꝝ: mira-
bilis in ſanctis ſuis: cū iaꝫ nō ſit illi
cū hoibꝰ ꝯuerſatio: ne videat̄ nos
obliuioni tradidiſſe deſtinare non
ceſſat a ſeipſo velut legatos a late-
re ſctōs varios inter quos ita btūs
nicolaꝰ mirabilis eſt (vt ꝓ eo dicā)
Vigil: ⁊ ſctūs deſcendit de celo. De
xp̄o celo ſublimi deſcendit ad nos
btūs nicolaꝰ: de quo veluti de ipſo
xp̄o dicimus. Ecce vigil ⁊ ſanctꝰ de
ſcēdit de celo. Tota huiꝰ epī vita ce
leſtis reperit̄: vñ recte valemꝰ dice-
re de Nicolao id qđ Ambroſius de
Iohāne baptiſta. ſ. nullā īfantie ſen
ſit etatē. Nā etiā ab infantia celum
nouū videbat̄ apparuiſſe terre: qui
nō ſolū dꝛ celū ꝓpterea tm̄ ꝙ eius
ꝯuerſatio in celis erat: ſꝫ qꝛ celeſtes
habuit conditiones: erat em̄ altꝰ ꝑ
cōtēplationē diuinoꝝ tā abſtractus
a ſenſibꝰ: ꝙ celeſti modo adhuc vitā
mortalē agēs extra corpus appare
bat: nā ⁊ iperatori noctu viſus eſt ꝓ
pugnator exiſtens ad ſaluādū deuo
tos ſuos: quos ille necare ac iudica
re iniuſte volebat. Iſtiꝰ apparitiōis
modū enodare nō valeo: qꝛ dñs ce-
lauit a me; ſcio tm̄ ꝙ ſimile contigit

Aia nico lai eſt celum.

btō Ambroſio in exequijs ſcti marti
ni: q̄ videbat̄ dormire in vno loco et
erat in alio. Sūt ergo aliq̄ actꝰ ꝯtē-
platiōis q̄s nemo nouit: niſi q̄ expꝰtꝰ
eſt: ⁊ ipe q̄ largitor eſt deꝰ (de q̄ dꝛ)
Virtutē altitudinis celi ipe ꝯſpicit. Eccleſia. xvij. d.
Scđo erat aia eiꝰ lata ſicut celū per
charitatis latitudineꝫ ad amicos et
ad inimicos ꝓtenſa: ad ſuos ⁊ ad ex-
traneos: quibꝰ nō minꝰ ſubuenire ſa
tagebat ꝓ oibus orās ac patrocina
ri cupiēs: iuxta illud ps. Extēdēs ce
lū ſicut pellē / vt .ſ. plures tegat. Ter
tio erat per ꝯſtātiā firmꝰ: nā celū vo
cat̄ etiā firmamētū ꝓpter firmitatē:
q̄ ita relucet in btō nicolao: vt in ad-
uerſis ꝯſtās: ⁊ i ꝟtutibꝰ ꝑſeuerās nul
la caſuū varietate fractꝰ dignoſcat̄.
Quarto ſic ꝟtutibꝰ abundabat: vt
ſtellis eū ornatū diceres: eius aiam
decorātibus. Dicit̄ quīto celū aia eiꝰ
ꝓpter ſpūalē generationē. Vbi attē
de: ꝙ btūs Grego. ait ſup illud Iob Iob.38
Et gelu ꝺ celo q̄s genuit? Quid em̄
in gelu niſi frigida et ꝑfidie torpore
cōſtricta accipimꝰ corda iudeoꝝ? q̄d
ꝟo hic aliud celū niſi ſublimis dꝫ in
telligi vita ſcrōꝝ? Celū fuit abrahā: Celū gignit gelu.i. ſanctꝰ impios.
celū Iſaac: celū Iacob. Sꝫ qꝛ ꝑſecu-
tores dñi pōtifices iudeoꝝ ꝑfidie
torpore frigidi de illoꝝ patrū ꝓge-
nie ꝓceſſerunt: q̄ſi de celo gelu exijt:
qꝛ de ſublimi ꝓle ſctōꝝ ꝓceſſit frigi
da plebs infideliū. Cū em̄ de Abra-
hā natꝰ eſt cayphas: q̄d aliud niſi ge
lu ꝺ celo ꝓceſſit? Qđ tm̄ gelu idcir-
co dñs genuiſſe ſe dicit: qꝛ iudeos q̄s
naturalr̄ ipe bonos ꝯdidit: iuſto iu-
dicio ꝑ eoꝝ maliciā frigidos a ſe exi
re permiſit. Dñs em̄ auctor nat̄e non
culpe: genuit ergo creādo naturalr̄:
q̄s iniquos ꝑmiſit viuere tollerādo
patiēter. Hec ille. q̄ vobis adducere
curaui fr̄es: ne ſilia faciatis: ne ſitis
gelu de celo iſto genitū: qꝛ tūc nichil



ꝓderit vobis tm̄ hr̄e pr̄eꝫ ⁊ patronū
niſi ꝯſentaneā vitā ꝑſteris: vñ Criſo.
ſ mat. homel. 45. ſic ait. Quomodo
fugietis a iudicio gehēne? Nūq̄d ſe-
pulchrū ſctōꝝ edificātes: an potius a
malitia corda mūdātes? Nūq̄d iudi
cat deꝰ eo modo q̄ iudicat homo? Hō
hoieꝫ iudicat in oꝑe: deꝰ aūt i corde.
Que eſt aūt iſta iuſticia ſctōs colere
⁊ ꝯtēpnere ſctitatē? Primꝰ grdꝰ pie-
tatis eſt ſctitatē diligere: deīde ſctōs
qꝛ nō ſcti ſ ſctitatē fuerūt: ſꝫ ſctitas
ſ ſctōs: ſine cauſa g̃ iuſtos honorat
qui iuſticiā ſpernit: nec ſctōs poterit
hr̄e ꝓpitios: q̄ dñm hꝫ iratū. Nunq̄d
pōt eē pacata familia dño aduerſan
te? Sꝫ vos clerici quomō fugietis a
iudicio gehēne? Eccl̄ias edificātes:
⁊ non eccl̄iaſtice ꝟitatis fidē tenen-
tes? ſcripturas legētes: ⁊ nō ſcriptu
ris credētes? ꝓphetas ⁊ apl̄os ⁊ mar
tyres honorantes: nō oꝑa martyꝝ imitā
tes: nec ꝯfeſſionē eoꝝ ſequētes? Nec
audiſtis eū qui dicit. Nō oēs q̄ dicūt
michi dñe dñe itrabūt in regnū celo
rū: ſꝫ q̄ faciūt voluntatē pr̄is mei: ſic
em̄ nō oēs q̄ dñꝫ vocāt: dñi ſunt: ſꝫ q̄
faciūt dñi volūtatē: ſic nō oēs qui in
locis ꝑdicāt apl̄os ⁊ ꝓphetas ⁊ mar
tyres: iā ꝑ hoc ſūt cultores eoꝝ: ſed q̄
oꝑa eoꝝ imitant̄: ⁊ fidē ſequūt̄. Hec
ille vbi oſtēdit paꝝ nobis ꝓdeſſe hr̄e
patronū: celeſtē vitā ducētē: niſi eiꝰ ſe
quamur exēpla. Sꝫ ꝯfortata ſūt val
de: q̄s poterit ad ea? Saltīꝫ fr̄es mei
eſtote in hoc nicolai cultores ꝙ ſicut il
le deſcēdit ꝺ celo vite ꝯtēplatiue ad
terrā vite actiue ſic ⁊ vos deſcēdatis
de celo ābitiōis ad terrā hūilitatis. Celuꝫ eſt ambitio. Iob.i.
Ambitio nāqꝫ celū dꝛ iuxta illđ iob.
Ignis deſcēdit ꝺ celo: ⁊ tactas oues
pueroſqꝫ ꝯſumpſit. De celo ābitiōis
ambiēte oīa: queādmodū celū cūcta
circūdat: ex hoc celo flāma iudie ſo
let irruere oues.i. inocētes deuotās

⁊ pueros qui purā vitā ducūt. Ab hoc ābi-
tionis celo melius erit deſcendere cū rege
Achab: ꝙ̄ ruere cum lucifero. Qm̄ achab
rex iſrael ſceleratiſſimꝰ audiēs penā ſibi pro
criminibꝰ infligēdā humiliauit ſe corā deo:
ꝓpter qđ ſibi deus penā minorauit: lucifer
autē eſt cōtra dñm ſemꝑ (qꝛ ſcriptū eſt) Su-
perbia eoꝝ qui te oderunt: aſcēdit ſemꝑ. De-
mon ꝓbato ſibi modo deijciendi vtit̄: nā vi-
dēs ꝙ ipſemet volens aſcēdere ruit: ſic oibꝰ
ſuggerit aſcēdēdi cupidinē: vt ruāt parit̄ cū
eo. quapropter btūs ac hūilliſſimꝰ Iob mo-
nitos nos eſſe cupiēs ait. Si aſcēderit vſqꝫ
ad celos ſupbia eiꝰ (.ſ. ābitioſi) ⁊ caput eiꝰ
nubes tetigerit: quaſi ſterquiliū in fine ꝑde
tur (ſup hoc Greg̃.) Supbia hypocrite vſqꝫ
ad celū aſcēdere dꝛ: qm̄ eiꝰ elatio celeſtē age
re vitaꝫ videt̄. Cuiꝰ etiā caput quaſi nubes
tangit: quando principalis pars vcꝫ intelle-
ctus eiꝰ ſanctoꝝ precedentiū coequari me-
ritis creditur: ſed quaſi ſterquilium in fine
perdet̄: qꝛ in morte dū ad tormēta ducit̄ ſter
coribus vitioꝝ plenꝰ: a malignis ſpiritibus
cōculcat̄. Gaudia em̄ vite ꝑſentis que mali
hoies eſtimāt magna bona: iuſti ſtercora de
putant (vñ ſcriptū eſt) De ſtercore boū lapi-
dabitur piger. Is enim qui ſequi dñm no-
luerit: ab amore eterne vite pigreſcit. Et
quotiens rerū tēporaliū dāpno percutit̄: ex
his nimiꝝ affligitur: ꝙ iuſti viri velut ſter-
cora contēnūt. Qui ergo terrenoꝝ percuſ-
ſione ipellit̄: quid aliud ꝙ̄ de boum ſterco-
re lapidat̄? Et recte hypocrita ſterquilinio
ſilis eſſe dꝛ: qꝛ dū tēporalē gl̃iaꝫ appetit: mo
do ꝑ cogitationē apud ſemetipm timet: mo
do eādē gl̃iam alijs inuidet: ⁊ etiā alios ve
raciter hn̄tes irridet. quot ergo vitijs plenꝰ
eſt quaſi tot ſtercoribus: in ꝯſpectu dei feret
peccꝰ eius. Dicit ergo. Si aſcēderit vſqꝫ in
celū ſupbia eiꝰ: ⁊ caput eiꝰ nubes tetigerit:
quaſi ſterquiliū in fine ꝑdet̄: qꝛ et ſi celeſtem
vitā agere ſe ſimulat: ⁊ ſi intellectum ſuum
eſſe ſimilem veris predicatoribus oſtentat:
quaſi ſterquilinium tamen in fine perdetur:
quia mens illiꝰ per vitiorum fetore dāpna

bitur. hec Gregorius. Vidiſtis fra-
tres quomodo de celo ambitionis:
in ſterquiliniū dāpnatiōis ruet ſup-
bus: cui felicius eſſet ſi cum beato
Job ſederet volūtarie deſcēdēdo: et
mūdaret teſta hūilitatis ſaniē decur
rentē. Quādo ſanies peccati decur
rit per humilitatē: ſignū eſt ſalutis
ac purgationis: quando autem per
ſuperbiā aſcendit: ſignū eſt mortis:
q2 poterit cor circūdare. O quis vo
bis enarraret: q̄ta hūilitate deſcēde
bat ſctūs iſte in cuius oclis nil erat
vilius Nicolao. Oēs nāqꝫ bonas de
Triplex ſcenſiones ꝯpleuit: nam varius eſt
eſt deſcen deſcēſus: primꝰ quidē ꝑ penitētiā a
ſus bonꝰ culpa: de quo dr. Deſcēde in babylo-
nē: ⁊ inde educet te dn̄s: ⁊ ibi libera
beris. Sic deſcendit rebecca quādo
viſo Iſaac deſcēdit de camelo: vt ſe
ornaret venienti. Sic etiam deſcendit
rex niniue: qn̄ cū cōminatio Jone ꝑ-
ueniſſet ad regem Niniue: ſurrexit
de ſolio ſuo: ⁊ indutus eſt ſacco: ⁊ ſe
dit in cinere. ¶ Aliꝰ deſcēſus ⁊ me-
lior eſt quādo quis (vt dixi) ꝑ humi
litatem deſcendit a ſuperbia: qm̄ za-
cheo dr. Feſtinans deſcēde: q2 hodie
in domo. i. in humilitate tua oportet
me manere. Sic deſcendit publica-
nus quando duo hoīes aſcendebāt
in tēplū: vt orarent: ⁊ deſcendit pu
blicanꝰ iuſtificatus a phariſeo. Sic
etiam deſcēdit dauid qn̄ cum puer
quē ſuſceperat de berſabee egrota
ret ad mortē: humiliauit ſe corā dn̄o
⁊ ingreſſus ſeorſuꝫ iacuit ſup terrā:
nec poterant eū ſeniores domꝰ ſue
cogere: vt ſurgeret de terra. Hec eſt
honorata humilitas Nicolai: quam
nec ſeniores ꝑ collatas dignitates
nec imperator per reuerentiā ei exhi
bitā minuere potuerunt. ¶ Tertiꝰ
et melior deſcenſus eſt per actionem
⁊ ꝯtemplatione: ⁊ per doctrinam fa
cilē a profunda ꝑdicatiōe: quoniā
dn̄s ait. Videbitis celum apertum:
⁊ angelos dei aſcendētes: et deſcen
dētes ſuper filiū hominis (ſicut in
ſcala Jacob) angeli aſcēdebāt ⁊ de
ſcendebant: qui ſunt actiui et cōtem
platiui: quoꝝ cuilibꝫ nūc placet aſcē
dere per ꝯtēplationē nūc deſcēdere
per actionem. Sic deſcēdit moyſes
qn̄ cū peccaſſet populꝰ ꝓpter offen
ſam vituli: dn̄s dixit ad eū. Deſcēde
q2 peccauit populꝰ tuꝰ. Spōſa tamē
hoc deſcenſu. ſ. a contēplatione nole
bat deſcendere: quando ſponſo eam
ad actionē vocanti reſpondit. Laui
pedes meos: quomodo inquinabo
illos? Beatus Nicolaus tres pteta
ctos deſcenſus adimpleuit: vt tripli
ci alij deſcenſui noſtro malo ſubueni
ret. Primꝰ malꝰ deſcenſus eſt a gr̄a
ꝑ pctm̄ in culpā (de quo ait prophe
ta) A principio in egyptū deſcendit Eſaye.
populus meus: vt colonus eſſet ibi:
⁊ Aſſur abſqꝫ vlla cauſa calūpniatꝰ Triplex
eſt eū. A principio dr fuiſſe deſcēſus deſcēſus
iſte: qm̄ pater noſter fuit homo: q̄ de malus.
ſcēdit a Hieruſalem i Hiericho: ⁊ icidit
in latrōes: qui ſpoliauerūt eū: ⁊ pla
gis impoſitis abierūt: ſemiuiuo reli
cto. Ab hoc deſcenſu diſſuadet eos
dn̄s: qui iam ſupra tecta virtutum
ſunt ꝯſtituti dicēs. Qui ſupra tectū
eſt non deſcēdat: tollere tunicam de
domo. Scd̄s deſcenſus cunctis dete
rior eſt a preſenti vita per infernalē
penam (de quo dr) Deſcenderunt vi Numeri.
ui in infernū. Propter hos vt ait Eſa
yas. Dilatauit infernꝰ aīam ſuam: et Eſaye.
aperuit os ſuū abſqꝫ vllo termino:
⁊ deſcēderūt fortes ⁊ ſublimes eiꝰ ad
eū. Sic dicebat quidam ſe deſcenſu
rū ad filium ſuū vidēdū in inferno:
et congregatis cūctis liberis eiꝰ ad
liniendū dolorē patris noluit conſo
lari: ſed dicebat. Deſcendā lugēs in
infernū



infernū: ⁊ videbo filium meū. Ter-
tius deſcenſus eſt a felici ⁊ opulen-
to ſtatu per miſeriā mundialem ad
paupertatem: quo deſcendit vir ille
nobiliſſimus ac ditiſſimus inter oēs
orientales: tm̄ deſcendit iſte: q̄ ami-
ci eius vix cognoſcebant eū (de qui-
bus dr. Cumqꝫ eleuaſſent procul ocu
los ſuos: nō cognouerūt eū: ⁊ excla-
mantes plorauerunt: ſciſſiſqꝫ veſtibꝰ
Job. ij. d. ſparſerunt puluerē ſuper caput ſuū
in celum: ⁊ ſederunt cuꝫ eo in terra.
Hos tres deſcenſus qui potius ſunt
caſus voluit beatus Nicolaus adiu
uare: ſeu perditioni eorum ſubueni-
re per ſuos tres bonos deſcenſus:
quos vidiſti: nam deſcēſui peccatoꝝ
ſubuenit per deſcēſuꝫ penitētie: quā
verbo ⁊ exemplo docuit. Deſcenſui
deteriori. ſ. infernali ſubuenit ꝑ deſcē
ſum a contēplatione: nam per eum
multi ab inferno ſuperiori liberati
ſunt. Tertio deſcenſui. ſ. miſerie hu-
mane ſubuenit per deſcenſum humi
litatis ſue: qua etiam pſonaliter non
dedignabatur egeno ſeruire: vt pa-
tienter ferrent illatam calamitatē.
Lege miracula eius ⁊ apta ſingula
ſingulis concludens quomodo eſt
nobis vtilis nicolai deſcenſus: ideo-
qꝫ thema illud oſtendens ait. Ecce
(ſcꝫ q̄ vtiliter) Vigil: ⁊ ſctūs deſcē
dit de celo. ſ. ad ſubueniendū nobis.
¶ Secūda pars (vbi ⁊ eſt alter ſer
mo) malas vigilias noſtras ⁊ bonas
huius ſancti demonſtrat.
¶ Poſtq̄ in priori parte vidimus ce
lum a quo deſcēdit: ⁊ deſcēſus quos
fecit caſibus noſtris ſubuenientes:
nunc videndum ſupereſt quomodo
ſanctus vigil ſit: nec ſolum eſt vigil
ſed vigil ſanctus: qm̄ multi vigilāt:
quos dormire deceret: ⁊ iſti nō ſunt
vigiles ſancti ſed vigiles praui: nam
aliqui vigilant cum Juda ſcarioth:
aliqui cum lupis de quibꝰ dicit Ho
merus q̄ ſunt vigiles: ⁊ de onagris
dicit Job q̄ vigilant ad predam: et Job.
Hieremias dicit. Pardus vigilans xxiiij. a.
ſuper ciuitates eoꝝ. Per has vigi- Hier. v. b
les beſtias varia intelligūt ſcelera: q̄
inſomnes faciūt ſectatores ſuos. Su Septem
perbꝰ eſt veluti pardꝰ qui in ſomnes vigilie
ducit noctes: vt augeat dn̄ationem male.
ſuam: talis erat Aſſuerꝰ qui ānales
ſuos legens pernoctabat. Auarꝰ ve
luti Judas vendit veritatē modico
precio: et tamen pro paruo lucro vi
gilat: quoniā (teſte ſalomone) Nec
adhuc nocte mente quieſcit/ vt ille q̄
in lecto ſuo dicebat. Anima mea ha-
bes multa bona repoſita in annos
plurimos. Luxurioſꝰ eſt ſicut nicti- ps. 101. b
corax i domicilio: que (vt ait hugo)
Nocte cibū querit: ⁊ ſic luxuria odit Prouer.
lucem: vt enarrat Salomō de iuue- vij. b.
ne ambulāte in noctis tenebris. Gu
loſus vigilat vt onager: qui cum ſuf
ficeret ſibi herba: carnes querit: vt
ille qui dicebat. Nō accipiā a te car-
nes coctas ſed crudas/ vbi notat gu
la ſacerdotū volentiū non ad legis
diſpoſitionem ſꝫ ad propriū appeti-
tū concinare cibos ſuos. Inuidi ſūt
vigiles hieruſalem cuſtodes muro- i. re. ij.
rū. ſ. Phariſei: qui tulerunt palium Cant.
a dn̄o Jeſu: et ſic multi hodie digni-
tatem ſubripiunt a meliori ſe. Iratꝰ
eſt vt lupus vigilans vt diſpergat
oues/ ac mactet ⁊ perdat. Iſte vigi-
lat ad corroborandum per nouas ra 3. re. xxi.
tiones litigia ſua: veluti Achab: con
tra manſuetum virum Naboth cui
fuerat iratus: ꝓpterea q̄ nollet ei vi
neā concedere: nec dormiuit donec
vxor eius machinata eſt mortē inno-
centis. Piger eſt vt ſenex: qui ob fri-
giditatē cerebri non poteſt comode
dormire. Ideoqꝫ pigro dr paululum
dormies: paululū dormitabis: q2 vi-

ciſſim dormitat: ſed nõ ſuauiter: nec
profunde. Jſtis oĩbus ꝓfuturꝰ eſſet
ſomnus: ne poſtea vigilaret iugum
iniquitatũ ſuaꝝ corã deo poſtulans
vidictã q: ſi dicunt̃ vigiles nõ tamẽ
ſancti ſed praui: a quibus ſeiungitur
Nicolaꝰ dũ dr. Vigil: ⁊ ſctũs deſcẽ-
dit de celo. Jlli eq̃ uidẽ vigiles ſunt:
iſte aũt vigil: ⁊ ſctũs. Prius dr vigil:
q: per vigiliã ſibi acquiſiuit ſanctita-
tẽ: nã vigilia q̃ ad ſanctitatẽ non or-
dinat̃ peſſima eſt: (qm̃ ideo dr:) Vi-
gila te ⁊ orare: ne intreris in tẽpta-
tionẽ. Hoc aptis etate ꝓuectis dr:
Nicolao aũt infantulo dirigit̃ illud
Tre. ij. b. Hieremie. Cõſurge lauda in nocte
in principio vigiliaꝝ. (vt inquit Hu-
Quatuor vigilie Nicolai. go) Quattuor vigilie: ſunt q̃tuor
etates: adoleſcentia: iuuẽtus: virilis
etas: ⁊ ſenectꝰ. Jn principio g̃ dicit:
q: bonũ eſt viro cũ portauerit iugũ
dñi ab adoleſcẽtia ſua. Jtẽ pria vigi-
lia ſpũalis eſt ↄtẽptꝰ mũdi: ſcđa mor-
tificatio carnis: tertia exercitiũ v̾tu-
tũ: q̃rta deſideriũ celeſtiũ ꝓpter hoc
dr q̃ter in cãticis. Reuertere: reuer-
Cãti. vi. d tere: ſunamitis reuertere: reuertere:
vt intueamur te. Jteꝝ primo vigilat
pctõr: qñ ſua mala cognoſcit: Scđo
qñ mala cognita penitẽdo corrigit.
Tertio cũ ad bona agẽda ſe ↄuertit
Quarto qñ bona opa q̃ hꝫ ſolicite
cuſtodit. (hec Hugo: vbi ſupra) Jn
quolibet q̃ternario triũ p̄dictoꝝ poſ-
ſeꝫ totã huiꝰ ſcti adducere vitã: ſꝫ ſo-
lũmodo primũ ꝓſequar: quoaduer-
tendũ eſt antiquos vigilias ſic diui-
ſiſſe. Pueri vigilabãt diſcurrendo ꝑ
murũ vſq; ad nonã horã: iuuenes vſ-
q; ad duodecimã hoies iã ꝓuecti vſ-
q; tertiã poſt dimidiã noctem: ſenes
autẽ exinde vſq; ad mane: qm̃ iã ſa-
tis dormierant. Hac diuiſione vſus
eſt xp̃s: qñ eos beatificauit: qui ſcđa
⁊ tertia ⁊ q̃rta vigilia eſſent parati

vigilantes pro venturo dño ſuo: vbi
q̃tuor hoĩs etates iſinuauit: quibꝰ
vigilanduꝫ eſt cum beato Nicolao.
Prima eſt ab infantia vſq; adoleſcẽ-
tia. Secũda ab hinc vſq; ad virilem
etatẽ. Tertia vſq; ad ſeniũ. Quarta
vſq; ad mortẽ: ſed mirũ eſt: cur chri-
ſtus de prima non fecerit mentionẽ:
ꝓ quo nota ꝙ vigilare eſt bona ope-
Vigilare quid eſt. ra intẽdere (vñ ait apoſtolꝰ) Tu ve-
ro vigilia: in oĩbus labora. Vigilet
quiſpiam: ne circũueniatur a ſatha-
na: ſed immaculatuꝫ ſe cuſtodiat ab
hoc ſeculo. Hec vigilia debet eſſe tã
ſolicita: vti ſi ſciret pater familias q̃
hora fur veniret. ⁊c. Fur eſt demon
qui ſaculo pcti confodit aĩam: ⁊ ma-
nũ mittit ad oĩa deſiderabilia eius:
nã ſtatim cum peccas multa bona
Cur prima vigilia nõ laudatur perdis. Cum ergo vigilare ſit bonis
opibꝰ intẽdere: ⁊ laudet̃ qui vigilat
ad fores dei q̃tidie: ⁊ iuſtus tradat
cor ſuũ ad vigilãdũ diluculo: ⁊ alibi
Prouer. viij. b. dicat ipſe. Qui mane vigilauerint
ad me inuenient me: cur primã vigiliã
non laudauit? Hic nota: ꝙ a cõiter
accidẽtibus etas infantiũ nec lau-
datur nec vituperatur: q: coꝝ bona
opa nõ a ratione q̃ adhuc non viget
ſed a bona indole ꝓcedunt: ideo de
hac vigilia non fit mentio. Tamẽ ab
hac generalitate duo genera infan-
tiũ excipiũtur. Primũ male nutriti
⁊ a cunabulis in prauis verbis edo-
cti: (vñ referẽte Gre.) Jnfans q̃dã
arreptꝰ ꝑ demonẽ a genibꝰ p̄ris: qui
eũ blaſphemare docebat. Aliđ genꝰ
eſt eoꝝ: qui gr̃a ſunt pueri vti Johã.
bap. ⁊ btũs Nicolaꝰ: q: hos deꝰ ab
vtero vocat. De nr̃o Nicolao in prin-
cipio vigiliaꝝ vocato dr: ꝙ dũ recen-
ter natus balnearetur ſtetit erectus
in pelui: quod vt quidã autumant:
ſignum fuit ſanctificationis in vte-
ro. Si hoc eſt verum anteq̃ oculos

Prima vigilia Nicolai. ſciret aperire vigilabat: q: dũ homo
eſt in gr̃a ſemper deo vigilat iuxta
id. Ego dormio: ⁊ cor meuꝫ vigilat:
Dormio inq̃ per ceſſationem ab ope-
rãdo: ⁊ cor ideſt voluntas vigilanti
gratia informata vigilat habituali-
ter: licet nõ actualiter. Clariꝰ ac eui-
dentius Nicolaus vigilauit ab in-
fantia: quando a mãmulis matris
ieiunat adhuc infans: quia duobus
diebꝰ hebdomade nolebat eas emũ-
gere. ſcilicet quarta et ſexta feria.
Jn quo priuilegio infans iſte iudi-
catur alter Sanſon: qui ab infantia
Judic. xiij. a. ſua fuit deo conſecratus. Jmo ſimi-
lis videtur ſaluatori: qui butyrum ⁊
mel comedẽs ſciebat reprobare ma-
lum ⁊ eligere bonũ (adhuc infans)
Nec ſolum ſcit Nicolaus eligere bo-
num ieiunium: ſed inter bona ieiu-
nia elegit meliora. ſcilicet quarte et
ſexte ferie: que ceteris preferuntur:
quoniã quarta feria venditꝰ eſt chri-
ſtus: et ſexta crucifixus: vnde iam
inoleuit vt multi non comedant car-
nes illis diebus. Et has ferias ab-
bas apoloniꝰ vt narrat Hieronymꝰ
nullo modo in ieiunas tranſire vo-
lebat. ¶ Sed queri poteſt: vnde nã
potuit Nicolao tantũ priuilegiũ ꝓ-
uenire: vt talia ſequeret̃: cuꝫ omnes
infantes ſm doctores vi ſacramenti
equalem ſortiantur gratiã. Ad hoc
triplex poterit eſſe ratio. Pria quo-
niam ex diuino inſtinctu: quo tũc tẽ-
poris agebatur infans: ab illo. ſcili-
cet qui vbi vult ſpirat. Deus tũc po-
ſuit in hoc infante ſignum: vt nulluꝫ
preter eum amatorem admittat. Et
Eſaie. xi. d. vt oſtenderet: ꝙ delectabat̃ infans
ab vbere ſuper foramina aſpidum:
in reguli cauernam miſſurus manũ
poſtq̃ ablactatus fuerit. Primum fo-
ramen ſerpentis fuit gula: qua vin-
cit parentes primos: et infans Ni-

colaus eam iam delectabiliter vin-
cit: maiora per cauernam ſignata vi-
cturus. O mi dñe infans: quia dum
pendis ad vbera matris: ſolicitꝰ es
ad mẽſam eterni patris: hec habes:
⁊ ad alia turgentia ſuſpiras (de qui-
bus dr) Ad vbera ſcꝫ glorie potabi-
mini: ⁊ ſuper genua blandientur vo-
bis. Nũc prophetat opere iſte puer
qualis futurus ſit auulſus ab vberi-
bus: alioſq; docet nõ doctus ab ali-
quo. Erubeſcant ergo ſenes ieiunia
contmepnere: nec frangere: cum ea
infans iſte ad vngueꝫ obſeruet. Se-
cundo potuit ſibi hoc priuilegiũ da-
ri ex merito parẽtũ ſuoꝝ: nã deꝰ ali-
quãdo bñdicit p̄res in filijs: ⁊ parẽ-
tes nicolai deuoti q̃dẽ erãt: q̃ oĩoibꝰ
talẽ filiũ obtinuerũt: qui potiꝰ dici
poſſit filius gratie q̃ nature. Gra-
tia ergo q̃ habuit decet per aliqđ
oſtendit miraculum: vt parentes le-
tarentur in obtenta petitione ſua:
ſic Samuel meritis ⁊ lachrymis ge-
netricis ſue conceptꝰ adhuc infans
ſequebatur dominum. Non ſunt ho- i. re. ij.
die tales parentes: nõ deo ſed mũ-
do exhibent prolem/ Jdeoq; nõ in-
ſurgit alius Nicolaus. Scotus er-
go in. iiij. diſt. iiij. q. vij. tenet ꝙ per
oĩoes parẽtũ fuit ſibi addita gr̃a. Et
tertio dari potuit ob meritũ boni ſa-
cerdotis: vt ibidẽ tãgit Scotꝰ ⁊ etiã
ob meritũ leuãtiũ iſantẽ a ſacro fon-
te ⁊ orãtiũ ꝓ eo: vñ liq̃t q̃ ſolicite et
q̃ ꝑ optios viros debeat ſacramẽtũ
baptiſmi celebrari: hic ergo puer eſt
v̾ga vigilãs hieremie: q̃ a prima vi-
gilia mirabil̾r vigilare cepit/ vñ the-
ma. Ecce. ⁊c. ¶ Scđa vigilia eiꝰ. ſ.
adoleſcentia qua orbatus relinquit̃
non minꝰ laudabilior fuit q̃ prima
quoniã vigilat: ⁊ inquirit quomo-
do ſubſtantiã ſuam laudabiliter ex-
pẽdat non cuꝫ meretricibus ſed ne

pauperes puelle fiant meretrices:
Ruth.ij. de quibus videtur a xpo audiſſe il-
a lud booz. Adiungere puellis meis.
eſto.ſ.eis adiutorium (vt poſtea di-
cas) Benedictio perituri ſuper me
veniebat. Et de te pariter dicatur.
Adiuuit pauperem (ſcꝫ patrem triū
puellarū) de inopia: et poſuit ſicut
oues familias.ſ.earum: nam ex vna
maritanda puella fit vna familia nō
hedoꝝ ſed ouium. Hāc etiam ſecūdā
vigiliam cuſtodiuit: dum vigil ad ec-
cleſiam mane conſurgens epiſcopꝰ
eligitur non ab hoīdꝰ ſed a deo: qui
iuuenē poterit eligere: non aūt nos
qm̄ ei non poterimus dare ydoneita-
tem: deus autē duꝫ iuuenē Nicolaū
elegit: ſe videtur obligaſſe illi dare
requiſita: vt digne ſuū exequeretur
officium. Noſter igitur Nicolaus vt
alter Salomon ⁊ Dauid qui in ado-
leſcentia vngūtur in reges laudabi-
liter ⁊ ſtrēnue ſe habet. Or cum apo-
ſtolo dicit. Ydoneos nos fecit mini-
ſtros noui teſtamenti. Deus autē in
Eſaie.xlij eo complacens ait. Ecce puer meus
a ecce inꝙ qꝛ miraculo ſignatus ele-
ctus: quem elegi.ſ.voce delapſa di-
lectus meus quia frequētat domuꝫ
meam: qđ eſt ſignum dilectionis cō-
placuit ſibi in illo aīa mea qꝛ purus
eſt. Poſui ſuper eum ſpm̄ meum.ſ.
ad ydoneitatē ⁊ ſupplementum eta-
tis: ꝙuis ſenectꝰ eiꝰ fuit vita imma-
culata. Vñ ait thema. Ecce vigil: et
ſanctus deſcēdit de celo.ſ. per mirā
ac celeſtem electionem ſuam.
¶ Tertiam vigiliam ſeruat: quādo
iā vir epiſcopatum regebat ore ope-
reqꝫ predicans: ſic vigil erat ⁊ cuſto-
diens vigilias noctis ſuper gregem
ſuum: vt velut alter dauid valeat di-
i.re.xvij. cere. Paſcebat ſeruꝰ tuus gregē.⁊c.
Confregit demonū tecas: ydola cō-
minuit: templa ſubuertit: hereſes ꝑ-
pulſauit: fugiebat ſomnus ab oculis
eius: vt grex accubaret ſecure. Sed
nota quid contigerit in die conſecra-
tionis ſue. Hoſpita eius leta de ex-
altatione eius: citius ſolito ei occur-
rēs dimiſit filiū iuxta ignē: ⁊ poſtea
inuenit eum mortuū: diabolo procu-
rāte feſtum eius turbare: ⁊ conuer-
ſa eſt ad Nicolaū: qui tandem ei ſu-
ſcitat filium. Deniqꝫ fama eius volat
ita vt eo viuente in mari inuocarent
nomē eius: vt eriperet pereūtes: qui-
bus noctu apparebat lumine circun-
datus dicens. Ecce adſum. Cui ⁊ il- p̄s.
li dicebant. Tu dn̄aris poteſtati ma-
ris: motum autē fluctuū eius tu mi-
tigas. Ob hanc deuotionē cū quidā
naute portui eius applicarēt tempo-
re famis petiuit ab eis partem triti-
ci: qui nolentes vendere nec dare tā-
dem promiſit eis: ꝙ in portu ad queꝫ
ibant tātum inuenirent in naui: ꝙtū
poſuerāt: fidem adhibuerunt. Mi-
rabile dictu nam in portu reperiunt
totū triticum. Nicolaꝰ tn̄ orphanis
⁊ viduis impartitꝰ eſt: quod fide ac-
ceperat: ⁊ oratione multiplicauit: ꝙ
obrē ait thema. Ecce vigil: ⁊ ſanctꝰ
deſcendit de celo: vbi orando impe-
trat: quicquid vult.
¶ Quarta eius vigilia adhuc ꝑdu-
rat: qm̄ adhuc vigent miracula eius:
maxie ob ſcolares facta qm̄ āno dn̄i
1532. Salmantice quidam ocularꝰ
teſtis narrauit michi ſe vidiſſe quo-
modo per inuocationē huius ſancti:
quidam ſcolaris ſuffocatus liberta-
ti ac priſtine vite eſt incolumis re-
ſtitutus. O brē vir qꝛ tu es beſeleel Exodi
a dn̄o ſpiritu ſapientie plenus ꝓ ar- xxxi.a
cha eius conſtruenda. Tu es alter
Dauid ꝭm cor dei electꝰ: tu es alter
iob cui petra fundebat riuos olei qꝛ
ſepulchꝝ tuū oleū manat. Et ſicut
⁊ illi ab infantia tua creuit tibi mi-
ſeratio.



ſeratio. Tu es alter Hieremias: quē
miſit deꝰ: vt euellat ⁊ deſtruat: quia
Hier.i.b. tu Niceno concilio aſtans hereticū
arriū dāpnaſti: fidēqꝫ aſtruens mira
gl'ia eccl'iam decoraſti militantem ⁊
nūc decoras triūphātē in gl'ia: quā
michi ⁊ vobis ꝑſter Jeſus Amen.

## ¶ De conceptione beate marie/ſermo qntus. Qualiter Chriſtus matri ſue ſe oſtendit regem.

¶ Ecce rex tuꝰ venit tibi. mat.21.a.
Inuoca- ¶ Inuocatio vbi oſtendit: quomo-
tio. do Marie puritas poſſet impuros
repellere: ſꝫ adhuc eſt maioꝛ ſpes: qꝛ
ei pro nobis venit rex.
IN libro tertio
regū legit: ꝙ egrota-
uit filiꝰ mrīſfamilias
3.re.13. vſqꝫ ad mortē. Ipa vero
d. ꝑpendēs cauſaꝫ obitꝰ
filij ad hoſpitē ſuū: Heliaꝫ cucurrit:
Virtꝰ iu et ait ei. Quid michi et tibi vir dei?
ſtie eſt cō- Ingreſſus es ad me: vt rememora-
fuſio pec- rentur iniquitates mee: ⁊ interfice-
catori. res filium meum. Putabat hec mu-
lier ꝙ ipſa coram iuſto propheta vi-
debatur peccatrix. ⁊ condempnatio-
ne digna: quia oppoſita iuxta ſe po-
ſita magis apparent. Sic ergo iuſtꝰ
mortuus ideſt mortificatus condē-
pnat peccatores viuos. ⁊ hūilis dā-
pnat ſuperbos: ⁊ pius ipios notat
Ex his que diximꝰ ſequitur: ꝙ nos
dum attendimꝰ beate virginis mū-
ditiam et immaculatam conceptio-
nem: ac noſtram labem ⁊ cōtamina-
tionem: qua in peccato concepti na-
ti: ⁊ nutriti ſumus: ſane quidē timoꝛ
nobis erit: eiqꝫ dicere poſſumꝰ. Exi
a me domina: quia homo peccatoꝛ
ſum. Nam ſcriptum eſt. Regina au-
ſtri ſurget in iudicio contra genera-
tionem iſtam: et condempnabit eaꝫ.
Auſtri regina dicitur beata virgo Mathe.
quia flante auſtro ideſt gratia ſpiri- xij.
tusſancti concepta eſt: tam immacu- ⁊ luc.x.
lata ꝙ nos omnes valeat cōdēpna-
re: ⁊ minime ydoneos oſtendere ad
enarrandum laudes eius. Et fate-
mur equidem: quia ſi deus vellet in
iudicio cōtendere nobiſcum: omnes
nos proſterneret ad ſiniſtram cum
peccatoribꝰ: atqꝫ de ſola Maria di-
ceremꝰ. Aſtitit regina a dextris tuis p̄s.xliiij.
in veſtitu carnis deaurato per gra-
tiam gratis datam. In anima vero
circundata varietate gratiarum vn-
diqꝫ: ne valeat vlle culpe locus eſſe:
ſed omni ex parte obuietur ei. quia
ideo circūdata deſcribitur. Sed ꝙ-
to plus augemꝰ gloriaꝫ beate Ma-
rie noſtram minoramus coram ea:
qm̄ eo citius nos condēpnabit: quo
nos a ſe differre cōſpexerit: quia eo
deteriores ſumus. Sed nemo de-
ficiat: quia ⁊ ſi nos condempnat ex-
emplo ⁊ interceſſione tn̄ ſua nos po-
terit ſaluos facere. Naꝫ ideo dicimꝰ
ei. Ecce rex tuus venit tibi. Cui co-
mode poteris dicere: vt veniat etiaꝫ
nobis: ſi tam ex animo venit tibi.
Dic ergo illi vt veniat et nobis gra-
tiam per te preſtaturus. quia tibi ve-
nit: vt per te veniat nobis. Nam ſi re-
gina auſtri venit orare Salomoneꝫ
regem Iſrael ꝓ populo ſuo: ꝙto di-
ligentius debes tu regina celi: do-
minū qui eſt tecum pro nobis exora-
re? Ut ergo hec faciat beata virgo
ei offeramus Aue Maria.
¶ Argumentum in quo probatur: ꝙ
ex alto venit rex matri ſue: et ꝙ ma-
gnifice.
¶ Si letabundi ꝑgere nitamur ad
Mariam dicentes. Ecce rex tuꝰ ve-
nit tibi. Arbitroꝛ ꝙ ipſa obuia erit
nobis: ⁊ ſecretioꝛa denuncians pro-

Cātí. ij. b loquetur dicens. Ecce iſte venit ſa-
Acutius liens in mōtib⁹: tranſiliens colles.
videt ma putabā ego eam quaſi gratias refe
ria deum rentē dicturā. Ecce ancilla dñi. Al-
tius tamen reſpōdit illuminata mi-
rabiliter a montibus eternis: in qui
bus pre gaudio ſalit fili⁹ dei. pregau
dio in ꝙ feſtiuitatis huius. Nam ꝓ-
pter eam tranſit colles hoc eſt ange
los: quibus preferre decreuit bea-
tam Mariā eorum reginam: vt eos
ipſa tranſiret: quatenus luci. ſ. ange
lice nature comparata inueniretur
prior. Igitur longe altius videt ma
ria regem in decore ſuo ꝙ nos. Nec
mirū qꝛ cor regis in manu eius. Tria
ſunt regi neceſſaria. ſ. Maieſtas ad
dn̄andū. Sapientia ad regēdū. Cle
mentia ad largiēdū. Nā ideo dicit.
Apocal. vij. d. Agn⁹ qui in medio throni eſt reget
eos. Eſt in medio throni: vbi notat̄
maieſtas. regit eos: vbi notat̄ ſapiē-
tia. eſt agnus vbi notat̄ clementia.
Hec tria tāgunt̄ in themate nr̄o. In
ecce notatur maieſtas. In rex tu⁹:
ſapientia. Inuenit tibi: clemētia. De
his tribus q̄ matri ſue exhibuit chri
Diuiſio. ſtus erit ſermo:
¶ Prima pars vbi agit̄ quomodo
celoꝝ rex admittitur ſibi quodāmo-
Prima do matrē equare multipliciter.
pars. ¶ Sup initiū ſecūdi ſententiaꝝ vbi
doctores agūt de creaturaꝝ produ-
ctione ꝯcludūt: ꝙ ipſe deus ex tem-
pore rex nominatur. Nam ſignifica-
Rex dici tio relatiuoꝝ eſt talis nature: ꝙ al-
tur deus terū dici nō valet ſine altero. nō di-
etiam ab citur ſeruus ſine domino: nec pater
eterno. ſine filio: nec rex ſine regno. Cū er-
go in beatiſſima trinitate nulla per-
ſona regat aliam: nec in eternitate
deus habuit aliquid extra ſe: liqui-
de patet ꝙ nomina dicentia reſpe-
ctum ad creaturas ex tempore deo
ꝯueniūt. Nec eñ mūd⁹ fuit ab eter
no ſed in tempore cepit eſſe: quo de⁹
incepit pariter eſſe rex. Tamen cum
hoc ſepe in ſacris codicibus inueni-
tur: ꝙ de⁹ eſt rex noſter ante ſecula.
qui propter eternitatē ſui regni (vt
ait Auguſtinus) Figuratur in rege
melchiſedech: qui ex ſacris litteris
referente paulo: initiū non habuit
neqꝫ finem. Sꝫ hoc non cōtrauenit Ad he.
aſſertioni quā antea dixeram⁹: dū vij. a
tamen ad eternam predeſtinationē
oculos eleues: vbi poteſtas regis
noſtri poteſtas eterna fuit. Nā quia
ex tunc regnū ſibi facere poterat: et
regendos creare: ideo ex tunc et ab
eterno: quadā maxima aptitudine
rex dici valet / etiam ab eterno: quia
ex tunc potuit regnū creare. Unde
merito dicitur de eterna predeſtina Heſter
tiōe. Quādo ſedit in ſolio regni ſui i. a.
Suſan ciuitas regni eius exordiū
fuit. Hec dicuntur de aſſuero: qui in
terpretatur caput: ⁊ eſt fili⁹ dei: prin
ceps dei apud nos. q̄ ab india q̄ inter
pretatur laudatio. ſ. honorū vſqꝫ ad
ethiopiā. ſ. maioꝝ regnare cepit: ma-
xime qn̄ ſedit ī ſolio regni ſui: qđ eſt
hūanitas ei⁹ Tunc Suſan ciuitas
q̄ eſt maria exordium regni ei⁹ fuit. Predeſti
Nā ſuſan interpretat̄ liliū ⁊ eſt ma- natio ma
ria inter ſpinas. ſ. parentes pctōres rie.
ꝯcepta: ſꝫ ſine ſpinis qꝛ nō eſt leſa ab
eis. Hec regni dei exordiū fuit: ⁊ to
tius ꝑdeſtinatiōis principiū: nec mi
rū qꝛ regia eſt. Nā ſic ꝗcqđ fecit rex
aſſuer⁹ in ſuſan ad regie heſter lau
dē pertinet: ſic rex nr̄ regie celi dixerit
gloriā ꝑdeſtinatiōis. Hec eñ regni
ei⁹ exordiū fuit. Ūn̄ ſignanter ei di
cit thema. Ecce rex tuus venit tibi. ſ.
magnificare te ac ſublimare. Seipſo
deus honorauit mariā: ideo eñ Su-
ſan eſt ciuitas cui⁹ ipſe celorum rex
ciuē ſe fecit. Igitur o maria rex tu⁹
venit in te cōmorari: ac ciuem tuum



fieri: ne detur locus extraneo regi
regnanti ſuper omnes filios ſupbie
ſcilicet primorum parentum. Deus
autem Marie humilitatē ſubleuās
ab initio reſpexit eam / ab initioqꝫ ce
pit curā eius habere / quando elegit
eam deus: ⁊ preelegit eam. Ecce igi
tur multo altius maria eligitur pul
cherrima feminarū: ⁊ eo altius cete
ris ſanctis: quo differentius pre eis
nomē habet. Nam deus predeſtina-
uit nos ab eterno: vt tēpore gratie
adoptionem filioꝝ reciperemus te-
Ad gal. ſte Paulo. Sed beata virgo multo
iv. a. altius atqꝫ ſublimi⁹ ait. Ego ex ore
altiſſimi prodij primogenita ante
omnē creaturā. Ego feci: vt in illis
Eccli. oriretur lumen indeficiēs: ⁊ ſicut ne
xxiiij. bula texi omnē carnē. Ego in altiſſi
mis habitaui: ⁊ thronus meus in co
lūna nubis. Hec beata virgo quam
Xp̄s eſt deus ſic magnificat: vt quēadmodū
colūna. nubes ſuſcepit eum ab oculis homi
num: ſic nubis colūna eleuat a no-
bis matrē eius Mariam. Colūna
nubis lucide ⁊ obſcure q̄ filios iſra-
el porregebat: ⁊ illuminabat redem
ptoris noſtri figuram gerebat: qui ⁊
lucidus fuit per diuinitatem: et ob-
ſcurus per humanitatem: vt ſi forte
noſipſos videre contingat obſcuros
atqꝫ deſpectos: ne deficiamus: ſed
ſperemus in eius claritate diuina:
que reformabit corpus deiectionis
noſtre configuratum corpori clari-
tatis ſue. Si autem videret ſe homo
clarum per elationem aut famam ⁊
laudē: q̄ oculis rōnis iniecta faciūt:
vt homo vidēdo ſe nō ꝑpēdat q̄litа-
tē ſuā: tūc accedat: ⁊ adhereat obſcu
ri xp̄i ſui: ſedeat ſub vmbra deiectio
nis xp̄i: ⁊ tēperabit ardorē: ⁊ nimiā
mūdi claritatē: q̄ viſum rationis ipe
dit. Sicut ergo colūna hebreos diri
gēs partim clara: ⁊ partim obſcura
erat: ſic dn̄s Jeſus colūna celeſtis
oīm dux ptim diuin⁹ ꝓpter humiles:
partim hūan⁹ ꝓpter ſupbos fuit: vt
oīb⁹ ſubueniret. In hac ergo colū-
na q̄ xp̄s eſt: poſuit maria thronum
ſuū iuxta ſupra dilectū filiū: qui hu-
meꝝ matri ſupponit ad magnifican
dū eā: q̄ ideo dixit. Ego ex ore altiſ- Maria
ſimi ꝓdij. ¶ Marie maieſtatē oſtē eſt ſimi-
dim⁹. Primo a prioritate ꝑdeſtina- lis filio re
tionis. Scđo a ſituatione ⁊ altitudi gi ſuo
ne throni: nūc tertio a ſimilitudine multipli-
filij dei eā oſtendamus. Nā ipſe dei citer.
filius đr ꝓcedere ab ore patris: quē
ſemel locutus eſt deus pater: et ab
eo loco a quo procedit filius dei ꝓ-
dijt maria. q̄ ideo dicit. Ego (empha
ſim habet) ex ore altiſſimi prodij. nō
prodij ex latere vt Eua: ſꝫ ex ore dei:
vt filius me⁹. Ergo a primordio ſuo
ſe dicit maria ſimilē pricipio filij ſui.
Sꝫ nōne oēs ex ore altiſſimi ꝓceſſe-
rūt: qn̄ ipe dixit: ⁊ facta ſunt. Hic ad
uerte ꝙ marie nō ꝓdijt ex ore dei cō
fuſe. ſicut cetere res. qn̄ vbo dñi celi
⁊ alia formata ſūt. Sꝫ ſpeciali modo
fit maria: ⁊ ſingulariter formatur: q̄
debuit fingere deū ex viſcerib⁹ ſuis.
Nā deus ꝗuis ex ore ſuo traxit crea
turas et hominem: aliter tamen et
aliter. quia homini. manibus dei
plaſmato inſufflauit ſpiraculum vi-
te: et velut ex ore dei tracta homi-
ni anima artub⁹ infunditur. Unde
opere manibus et ore dei factus eſt
primus homo. Et ſicut iſto ſpeciali
modo ſe habuit deus in formatione
Ade: ſic ſpeciali modo ſe habuit in
formatione Eue conſortis ſue: quā
alia nouitate formauit: extracta pri⁹
coſta: et ex ea muliere formata: cui
et animam preſtitit. Deinde in ho-
minum formatione nulla exterius
viſus eſt nouitate preter illos duos:
qui Marie et Chriſti ſui figurā te-

nent: vnde non communiter vt nos
concepta eſt Maria: ſed velut ex la
tere: ſecundi Adam educitur: dum
ſub vmbra gratie ſue pſeruatur. Si-
cut ergo ſpeciali modo ſe habuit pa
ter eternus in humana formatione
filij ſui: ſic ſpecialem contulit grãm
cõceptioni marie: que eſt ſcda Eua
ſine pctõ formata. ¶ Quarto rex
magnificat matrem ſuã: eam ſimilẽ
ſibi reddens in hoc quod ſequitur.
Primogenita ante oẽm creaturam.
Xps eſt primogenit⁹ inter fratres:
Maria vero nõ ſolũ inter hos dicit̃
primogenita ſed añ oẽm creaturam
Johan. i. b — ſcȝ purã. Johãnes baptiſta dixit de
xpo. Qui poſt me venit: ante me fa-
ctus eſt. ſ. in dignitate: prior etiã in-
q̃tũ homo. Et ſic Maria etiã abſq̃
maternitate conſiderata pcellit oẽs
creaturam. Cum maternitate autẽ
precellit ipſum filiũ: qui ſi venit mi-
niſtrare pri⁹ matri: ſi humiliari pri⁹
matri: ſi obedire poſt patrem matri:
Igitur iuuencule noſtre etiã ange-
li deferũt honorẽ. Et ſicut primoge
nite ei tenent̃ ſubdi propter primo-
genita ſibi conceſſa. Nã primogeni-
to ceteri fratres teneãtur inſeruire:
Dũ ergo ſe maria primogenitã di-
cit ab oĩbus vult inſeruiri ſibi: ⁊ vt
ſubijciãtur ditioni ſue: quod ⁊ factũ
eſt: etiam in die cõceptionis ſue: cui
oẽs creature obtulerũt puriora. Ele
menta deferunt puritatẽ ſui: ⁊ aſtra
meliorẽ conſtellationem: angeli ve-
ro adhibent auxiliũ peculiare: ⁊ ce-
tus virtutũ perducere dona nõ ceſ-
ſat dñe virtutũ marie. ¶ Eſt quinto
maria ſimilis filio in eo qd ait. Ego
in celis feci: vt oriretur lumen indefi
ciẽs. Dei filius celos ideſt angelos
fecit: in quib⁹ lumẽ indeficiens gra
tie condidit: ne deficerent. Sȝ Ma-
ria eiſdem angelis lumen xpm exhi
buit: qui nõ min⁹ eſt lux angelorũ q̃
hoĩs. nec minus eſt lux celi q̃ mũdi.
Dei fili⁹ exiſtens in celo: fecit ibi ori
ri lumen angelis: ne in tenebris eſ-
ſent: Maria vero etiã exiſtens in ter
ra: exiſtentibus in celo angelis ma-
iorem preſtitit lucẽ ac lumẽ (de quo
dr) In quẽ deſiderant angeli pſpi-
cere. Quãtũ aũt fuerit iſtud deſide — i. petri. i.
rium patet in partu vginis: ad quẽ
ilico venerunt angeli: vt ab eo illu-
minarentur: quo viſo cecinerunt di-
centes. Gloria in excelſis deo. Hoc — Luce. ij. b.
eſt lumen quod ad celos vſq̃ tranſ-
miſit Maria. de qua ipſe deus ait.
Sicut meridiana lux clara eſt. Lux — Eſa. xviij. b.
meridiana remotiſſima eſt a tene-
bris: ⁊ Maria q̃tũ diſtare poteſt re-
mota eſt a peccatis nõ ſolum matu-
tinis ideſt originalibus: ſed etiam
veſpertinis. i. actualibus. Sic enim
oportebat: vt que alijs lumen preſti
tit diuinum oĩno careret hũanis te-
nebris peccatorum. De cuius mũdi-
tia ſequit̃. ¶ Et ſicut nebula tegi
oẽs carnem. Caro denotat peccatũ:
qr caro ⁊ ſanguis regnũ dei nõ poſ-
ſidebũt. Et beatos pdicat ſcriptura — i. Corinth. xv. f.
eos: quorũ tecta ſũt pctã. Maria vo
aſſerit: q̃ oẽ carnẽ tegit: qm̃ i ea nul — Tripliciter maria tegit omnem carnem.
la primorum parentum eſt nuditas
nec verenda merito deridenda inue
nies in mre dei: quam tegit illa pro-
tectio (de qua dicitur.) Medicina
omniũ in feſtinatione nebule. Inter
nebulas glorie decore veſtita inue-
nitur Maria: que omnem carnem
tegit: omnia carnalia excludens: et
omnem carnis pronitatem. Et ſic
oportebat: nam regere debuit Ma-
ria omnem carnem ideſt carnẽ chri
ſti: que omnem aliam carnẽ ſaluat:
et quandã habet vniuerſitatem pro
pter vnionez verbi. Unde nil carna
le debuit habere: q̃ carnez dei foue-
re: ⁊ amplecti
re: ⁊ amplecti haber. Caro dei omni
carni eſt medicina: et magis carni
marie: cui vnita fuit: ⁊ ideo pl⁹ me-
dele adhibuit ei: eã preſeruando ne
vllomodo carnalia pateretur: vnde
propterea caro marie non vidit cor-
ruptionẽ. Tertio maria tegit omnẽ
carnem hominũ peccatorũ quorum
Gene. vi. a. — mater eſt: deus enĩ ait. Non pmane-
bit ſpũs meus in hoĩe quia caro eſt
ideſt fragillis ⁊ labilis. Hos ergo
fragiles maria fortificat: ne fugiat
ab eis ſpũs dei: eos tegit: ⁊ operit:
ac protegit ſub vmbra alarum ſuarũ
vt miſericordiã conſequãtur: ⁊ grãz.
Qui ergo eſtum ſentit: ⁊ irã dei ar-
dentẽ primeſcit: ⁊ irã agni formidat
ad nebulam tẽperantem ɔfugiat/ et
auxiliũ inueniet: qr maria ⁊ chriſtus
eſt protectio oĩm ſperantium in ſe.
Cõcludit ergo maria ſibi preſtitam
maieſtatem: ⁊ ait. Ego in altiſſimis
habitaui. De xpõ dr. Mirabilis i al
Ps. 92. — tis dñs: ſȝ ſtatim additur de maria.
Mirabiles elationes maris. Uenit
ergo rex deus filius ſibi equare re-
ginã matrẽ ſuam: nã vtrũq̃ inueniẽ
in altiſſimis ⁊ diuinis plenis: ⁊ ſin-
gularibus donis: ⁊ apicibus digni-
tatũ: ⁊ ſubtilioib⁹ cõſilijs: ac influ-
xibus exuberãtiſſimis: ⁊ ſtatibus ſu
blimioribus: quorũ primus eſt ſtat⁹
innocẽtie: ⁊ maior iſto. eſt ſtatus glo
rie: ex primo: habet maria puritatẽ:
ex altero aũt habet impeccabilitatẽ
qm̃ ideo ait filio regi. Omnia po-
Canti. vij. d. — ma noua ⁊ vetera dilecte mi ſeruaui
tibi. Nã huic regine ex oĩb⁹ regnis
dei afferuntur munera regia. Unde
cõcluditur q̃ tanta eſt maieſtas re-
gine noſtre: q̃ta eſt maieſtas regis
eius. Excepto q̃ illi ineſt ex natura:
marie vero ex gracia (cui mirantes
ideo dicimus) Ecce rex tuus venit.
⁊c. hoc eſt ſatis quo ad primũ.

¶ Secũda pars in qua exponitur
ps. xxij. ad laudem Marie.

¶ Nũc de ſcdo. ſ. ſapientia regis no
ſtri aliquid videamus: nã ſignanter
ſe oſtendit ſapientẽ erga matrẽ ſuã.
Uñ aduerte q̃ vt ait Philoſoph⁹. — Philoſophus.
Paruus error in principio: maxim⁹
eſt i fine. Ideo rector circa pricipia
oportet. q̃ ſit ſolicit⁹. Error paruus — Originale peccatum nos errare facit.
eſt peccatum originale: quo paruuli
errãt (iuxta id) Errauerũt ab vtero
Scdo poteſt peccatũ originale dici
paruus error propterea q̃ Adã par
uipẽdit illud: putãs illud fore venia
le: ⁊ q̃ deus nõ tã dure puniret: quẽ
tanto amore nouiter creauerat. Nã
ſi illud mortale putaret: nõ ppetraſ-
ſet. Tertio poteſt dici paruũ reſpe-
ctu peccati mortalis: quod maius eſt.
Tñ hic paruus error ſi admittitur:
ſit maximus ad cetera peccata ſe ex
tendens. Nam paruus error erat in
primis parentibus originale pecca-
tũ: ſed iam maximus eſt ad nos vſq̃
platus. q̃ ſecrete nouerat ille: qui in
perſona primi hoĩs dixit. Errauit ſi- — Ps. 118.
cut ouis q̃ perijt. Mirũ eſt q̃ tã ſim
plici ac pio aĩali cõparetur: ille qui
cõparatus eſt iumentis inſipientib⁹
⁊ ferocibus. Sed aduerte q̃ quãdo
errat ouis: nõ perit ſola: nõ deuiat
ſolitaria ſi pereat: nam ⁊ alie ſequũ-
tur eã: ⁊ ſic primo parẽte errante cũ
ctus populus eius poſt eum abijt:
qd perpenderat Eſaias qñ poſt al-
terũ prophetã dixit. Oẽs nos ſicut — Eſa. liij. c.
oues errauim⁹. Ecce ergo qualiter
poſt primã ouẽ. ſ. Euã abierũt oĩs
ſequentes. vñ optime dr: q̃ paruus
error in principio: ſit in fine maxim⁹
Ab hoc errore ſapiens rex Jeſus vo
luit cuſtodire matrem ſuã: cuius ha
buit peculiarẽ curã: ne forte erraret
hoc paruo errore in principio conce
ptionis ſue: nam poſtea eſſet nouiſſi

Principijs obſtandum. Primus error peior priore: qm̄ (teſte Au
gu.) Ex pctō originali facile ſequit̃
actuale: q2 cito pullulat malū ſemē.
Sapiēs ğ rex obſtās principio ma-
rie: īpediuit ne hoc errore mūdū in-
traret: ſ3 tā recto tramite: vt dicere
ps. xxij. a. valeat. Dñs regit me: ⁊ nichil michi
deerit: in loco paſcue ibi me colloca
uit. Super aquā refectionis educa
uit me: animā meā conuertit: dedu
xit me ſup ſemitas iuſtitie ꝓpter no
men ſuū. Nemo putet ꝙ errauerim:
qm̄ dñs regit me. Si me ſicut alios
dimitteret errarē quidē: tamen dñs
regit me: ideo nichil michi deerit:
nichil .i. peccatū michi deerit. Pec-
catū originale dicit̃ nichil ⁊ paruū
quia paruificat: et anichilat homi-
nē: hoc deeſt marie per induſtriā tā
ſapiētis regis ſui: qui ſtatim ⁊ ī vie
initio direxit eā in via dei. Et ſignās
modū q̄ fecerit hoc: ilico addit. In
loco paſcue ibi me collocauit .i. loco
eue. Loc⁹ paſcue hūane fuit padiſ⁹
terreſtris añ pctm̄: vbi ade ipoſitū
eſt: vt comederet ſana poma: q̄ vitā
ꝯtrahere poterāt. In hoc paſcue lo
co maria ꝯcipit̃: q2 ſicut ibi fieret ſi-
ne pctō ꝓpagatio ſic ꝓpagata eſt et
ꝯcepta. Cōceptio em̄ ei⁹ q̄tū ad pu
ritatē ſtatū inocētie ſapuit. vñ recte
ſubiūxit. Sup aquā refectionis edu
cauit me. Nō eget maria expiatiōis
aqua: qm̄ piaculo caret: nil abluēdū
eſt in ea: q̄ ſup aquā refectionis edu
cat̃. Ab educatione ſua videt̃ maria
bibiſſe aquā grãꝝ: ſup quas ꝯcepta
eſt. ne aliquā imūditiā ꝯtraheret a
terra: vbi nos cōmuniter cōcipimur
Sed maria ſup aquas grãꝝ: quib⁹
inebriātur aie ſancte: ideo maria de
ſe addidit. Aiam meā ꝯuertit. aqua
ſpiritualis gratie excitat aiam: eā q̄3
cōuertit ad deū ſuū: ideo poſtq̄ ſan
ctus Dauid intulit: ſup niuē dealba

bor ablut⁹ ait. Auditui meo dabis ps. l.
gaudiū ⁊ letitiam. ideo etiā grã d2.
Aqua ſapiētie ſalutaris ſalientis in
altū qua videt aia deū: vt redeat ad
eū: q̄ fecit illā: de quo cōcludēs ait.
Deduxit me ſup ſemitas iuſtitie ꝓ-
pter nomē ſuū. q. d. nō ſolū ab initio
cōceptionis mee: rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹
regit me: ſed ꝑ totā vitā meā dedu-
xit me ſuper ſemitas iuſtitie: ne vnq̄
ab ea declinarē. Nec ſolū me duxit
ſuper ſemitas iuſtitie propter meri-
ta mea: ſed ꝓpter nomē ſuū. addēs
michi grãm vltra cōdignū. vt nō ſo-
lū vias iuſtitie cōmunis ambularē: Iuſtitia
ſed eius ſemitas artiores. Nā ſemi- marie oi
ta dicitur arcta via: que duos nō ad moda eſt
mittit. ſed vnū ſingularem: et ſic ma-
ria ſingularis concepta eſt: ita vt ne
mo ei cōparetur: nec inueniat ſibi ſi
milem. nec per vnam ſemitā iuſtitie
intrat. ſ3 ꝑplures: quoniā adimple-
uit omnem iuſtitiā: q̄obrem dicitur Hieremi.
ei per ꝓphetā. Benedicat tibi dñs xxxi. e.
pulchritudo iuſtitie mons ſanctus.
Pulchritudo iuſtitie: eſt ſublimitas
ipſius iuſtitie: quā habet maria: que
ideo dicta eſt mons ſanctus: nam ei
per aliū ꝓpheram d2 Iuſtitia tua ſi- ps. xxxv.
cut mōtes dei. Abūdat ergo iuſtitia
marie ſuper iuſtitiā ceteroꝝ filiorū
Adā. et ꝓpterea dixit ſe deductam
fuiſſe ſuper ſemitas iuſtitie. apices
eius attingēs. Quāuis ergo forma
liter beata virgo originali caruerit
iuſtitia: tñ ei⁹ virtute eminenter ha
buit: nā ideo nō ſolū per ſemitas iu-
ſtitie venit: ſed ſuper ſemitas: altior
vniuerſis ad celū vſq̄ pertingens. Prouer.
nam ſi referēte Salomōe. Iuſtitia xiiij. d.
eleuat gentem: q̄tum eleuata erit
beata virgo dum eam manus altiſ-
ſimi ſup ſemitas iuſtitie deduxerit:
Offendere nāq̄ non poterit ad la-
pidem pedem ſuum: quapropter in

prealle gato pſalmo ſubiunxit.
Nā et ſi ambulauero in medio vm-
bre mortis: nō timebo mala: quoniā
tu mecū es. Mors eſt peccatū mor-
tale Ade: cui mors infligitur: huius
mortis vmbra eſt peccatum origina
le i qua nos omnes cōcipimur. Nā
ideo maledicit Iob diei in q̄ dictū
eſt. cōcept⁹ eſt homo. Maria ḡo in
hac vmbra videtur ambulare: dum
cōmuni modo ex Adā ꝓpagata ve-
nit: tamen nō timet mala hui⁹ vm-
bre: quia preſeruatur: et habet ſecū
lumen chriſtum. cui dixit. quoniā tu
mecum es. Nox eſt vmbra terre: quā
ſi timere non vis: porta lumen: ſicut
maria que nō ſolū defert lumē chri-
ſtum. ſ3 ipſa dicitur lux: quam tene-
bre peccati originalis non cōprehē-
derūt. De quo gratias referens ait
deo ſuo iuxta ſequētem ḡſum. Vir-
ps. xliiij. b. ga tua: ⁊ baculus tuus ipſa me con-
ſolata ſunt. Scimus ꝙ maria habet
ius ad regnum celoꝝ: nā ei dicitur.
Virga directionis: virga regni tui.
Ius hoc dicitur virga directionis.
hoc ius oms in Adam perdidimus:
⁊ a cōceptione noſtra priuamur eo:
ideoq̄ filij alieni vocamur: tamen
maria habet illud a cōceptione ſua:
vt conſolet̃ amplius ſeipſam. Nos
in baptiſmate efficimur filij regni: ſ3
marie attulit deus ſceptrum regni a
conceptione ſua: ⁊ cum ea concrea-
tū eſt. Ius ergo regni eſt virga dire
ctionis: que mariam conſolatur. Et
hec virga vigilans fit baculus: dum
per bona opera cōfortatur: ac robo-
ratur: et per alia dona de quibus ſe
quit̃. Paraſti i cōſpectu meo mēſā:
aduerſus eos qui tribulant me. Si
vultis ſcire fratres que ſit iſta men-
ſa que apponitur marie. Scitote ꝙ
Prouer. ix. a. ſapientia edificauit ſibi domum: mi-
ſcuit vinum: et poſuit menſam: exci-

dit colūnas ſeptem. Sapientia re-
gis noſtri dei edificauit in cōceptio
ne ſua Mariam ſibi domum. cui ad
didit. vinum puritatis in anima: et
aquā puritatis in corpore. Nec mi-
rum ꝙ ſic Maria dicatur abluta:
quoniam ⁊ filius eius lauauit in vi
no ſtolam ſuam. Mēſa quam appo-
ſuit Marie eſt virt⁹ omnium ſacra- Gen. xlix. b.
mentorum. (de quibus dixit:) Exci-
dit columnas ſeptem. Ut ergo pu-
rius Maria conciperetur: preueni-
tur virtute ſacramentorum: aduer-
ſus eos qui tribulant eam dicentes
ꝙ in peccato veteri concepta eſt: cō
tra quos addidit. Impingaſti in oleo
caput meum. Totam ſe vult Ma-
ria oſtēdere mundam: quia pingue
do olei: dum in capite ponitur: vſq̄
ad oram veſtimenti percurrit: et ſic
in Maria non inuenitur macula:
quia munda eſt a planta pedis vſq̄
ad verticem capitis: quod inſinua-
re voluit: dū addidit. Calix me⁹ ine Triplex
brians q̄ preclarus eſt. In his ver- mundicie
bis triplex mundicie gradus nota- gradus.
tur. Nam dicitur clarus ⁊ preclar⁹:
et q̄ preclarus. Mundicia Marie
clara eſt contra peccatum originale
preclara contra veniale: q̄ preclara
contra mortale. Nam generatio ſi-
ue cōceptio marie q̄ pulchra eſt cū
claritate mundicie. Hic enim calix
ſalutaris eſt: ſalus aūt ſine mūdicia
non acquiritur. Forte autem calix
iſte eſt cōgeries gratiarum actionū
ex precedentibus beneficijs preue-
niens inſtar Dauid: qui poſt cumu-
lata beneficia dixit. Quid retribuā ps. cxv.
dño ꝓ oibus q̄ retribuit michi: cali
cem ſalutaris accipiā. Ut aūt beata
ḡgo ꝓrogationē beneficioꝝ regis
propalaret: addidit. Et miſericordia
tua ſubſequetur me oibus dieb⁹ vi
te mee. Noctib⁹ peccatoꝝ caret ma

ria: q̄ꝛ ī ea tenebꝛe nō ſunt vlle: ideo
oībus diebus miſericoꝛdia perfrue-
tur: vt inhabitet in domo dñi: in lon
gitudinē dierū. Scit enī ꝙ longitu-
do dieꝝ eſt in dextra dei: in qua ipſa
collocat̄ a dextris dei poſita: et ab
omni ſiniſtro aliena per ſapientiam
regis ſui: in hoc predicto pſalmo ex-
planatam.

¶ Tertia pars vbi oſtenditur Ma
ria eſſe thronus regi ſuo: cui clemen
tiam indidit.

¶ Nunc tertio fratres de benigni-
tate regis noſtri quid vultis audire
cū ⁊ rex apum benignioꝛ ſit ceteris
Prouer. xxv. a. apibꝰ: Hāc ergo benignitatē hodie
monſtrauit rex noſter: (de quo dr̄)
Firmabitur clemētia thronus eius.
rex thronum ſuū mariam ſtabiliuit per grāz. Nec miꝝ ꝙ benignioꝛ ſit rex iſte ma
tri ſue: q̄ꝫ alijs puellis: atqꝫ de ea ſo-
licitioꝛ exiſtat: volens ad eā citiꝰ ve
nire q̄ꝫ ad nos. Clementia preſerua-
tionis thronū ſuū firmat: ne poſtea
nutet aliquo pctō: (nā vt ait Aug.)
Si xp̄s oꝛiginale cōtraxiſſet: poſtea
grādeuioꝛ effectꝰ actuali nō caruiſ-
ſet. Ne igitur in poſterū nutet bea-
ta virgo: atqꝫ eius timeat̄ caſus: cle
mentia preſeruationis in cōceptiōe
ſua p̄uenitur: de qua gratias agēs
dicit. Tu dñe deridebis eos: ⁊ ad ni
chilū deduces oīs gentes: foꝛtitu-
ps. lviij. c. dinem meā ad te cuſtodiaꝫ: q̄ꝛ ſuſce-
ptoꝛ meus es: deus meus miſericoꝛ
dia eiꝰ preueniet me. (hec ibi). Ubi
aduerte deriſionē quam primis pa-
rentibus fecit deus. dicens eis poſt
Gen̄. iij. d. peccatum. Ecce Adam quaſi vnꝰ ex
nobis factus eſt. hoc dixit deus. Ut
ad memoꝛiam reuocaret fallatiam
diaboli: qua eis dixerat. Eritis ſicut
dij. Hoc deridens deus dicit. Ecce
Adā quaſi vnus ex nobis factꝰ eſt.
quaſi dicat. Uidete fallatiam. Et q̄ꝛ
in hac fallatia nos etiā ſumꝰ cōpre-
henſi ꝓpterea ſequitur: ad nichiluꝫ
ideſt ad peccatū oꝛiginale deduces
oīs gentes preter Mariā que ait:
Foꝛtitudinē meā ad te cuſtodiā deꝰ:
q̄m a te mere gratis eā recepi: ne de
bilis eſſet thronus tuus. Hec foꝛti-
tudo michi prouenit ex eo: ꝙ tu dñe
ſuſceptoꝛ meꝰ es in ɔceptione mea:
qua ſuſcepiſti: ⁊ foꝛtē me feciſti: qua-
tenus dicat Eſaias. In illa die. ſ. cō
ceptionis Marie: cantabit̄ canticuꝫ
iſtud in terra iuda. Urbs foꝛtitudi-
nis nr̄e ſyon: ſaluatoꝛ ponet̄ i ea mu
rus: ⁊ ante murale. Aperite poꝛtas:
⁊ ingrediet̄ gens iuſta: cuſtodiens Eſaie
veritatē. vetus erroꝛ abijt: ſeruabis xxvi. a.
pacē. pacē q̄ꝛ i te ſꝑauimꝰ. Sꝑaſtis
in dño in ſeculis eternis in dño deo
foꝛti imperpetuū. Terra iuda vbi re
gnat leo foꝛtis Ieſus: eſt eccleſia in
qua nunc iſtud cantamus: ꝙ maria
ſine peccato cōcepta eſt: Non eſt de-
bilis maria ſed foꝛtitudinis noſtre
ciuitas ſyon: cui hodie ſaluatoꝛ ap-
ponitur murus cōtra pctm̄. Quo ꝓ-
pterea caruit: ⁊ ante murale: q̄ꝛ grā
eſt ſibi addita. Hoc aliquibꝰ retro-
annis vix credebatur: ſed gēs iuſta
doctoꝝ modernoꝝ per diſtr. butio-
nē accomodā conſiderantes priuile-
gium marie dicunt. Aperite poꝛtas
⁊ ingrediet̄ gens iuſta bonam affe-
rens opinionē de maria omni iuſti-
tia pleniſſima: cuius conceptio ſin-
gularis. Nos in hac opinione cuſto
dimus veritatē: que in hoc negocio
eſt a parte rei. Hac ergo iam ſtabili-
ta: vetus erroꝛ contrarie opinionis
abijt ꝓiectus a ſcolis doctoꝝ Pa-
riſienſiū ⁊ Romanoꝝ atqꝫ oīm vni-
uerſitatum. Tu beata virgo in hac:
quā de theſauro ſcripture produxi-
mus opiniōe veriſſimaqꝫ aſſertiōe:
ſeruabis pacē (ſi fieri poteſt) cum
thomiſtis: qui cōtra ſcotiſtas inſur-
gūt. Pacē inq̄ꝫ q̄ꝛ in te ſperauimus:
⁊ in tua mūdiſſima cōceptione: qua
⁊ in qua ſic ſtabilita es ī dño: vt ſta-
bilimentū populi dici merearis: fir-
mamentū gentis xp̄iane: baculꝰ foꝛ
titudinis: turris firmiſſima: foꝛtitu-
do plebis dei: qui tot promiſerat ſe
firmare thronū Dauid ⁊ ſolium eiꝰ
qđ eſt Maria. Nam ſi vt ait paulꝰ.
Optimū eſt grā ſtabilire coꝛ: q̄to
melius erit puritate ⁊ grā ſtabilire
mariam a prima fundatione ſua?

¶ Scitis fr̄es ꝙ Maria eſt thronꝰ
a rege Salomone firmatus. Naꝫ fe
Quadruplex thronus chriſti eſt maria. cit rex Salomon thronum de eboꝛe
grandē: ⁊ veſtiuit eū auro mundiſſi-
mo. Et in ꝓphetia legimꝰ: ꝙ ſuꝑ fir-
mamētū quod erat eminens ſuper
capita aīaliū: erat aſpectus quaſi la
3. re. 10. pidis ſaphirini: vt ſimilitudo throni
2. pa. 9. Et in Daniele dr̄. Thronus eius vt
Ezechi. i. flāma ignis. Ad qđ facit illud Da-
Dan̄. vij. uid. Thronus eius ſicut ſol in ɔſpe-
ctu meo. Fuit ergo Maria thronꝰ
ps. eburneus in cōceptione ſua: ſaphiri
nus in progreſſu: igneꝰ in cōſumma
tione ſua: ⁊ ſolaris in aſſumptione.
Ebur eſt os elephantis: aut ex deri
bus conſtans: q̄ꝛ recenter concepta:
eſt pura ⁊ alba ⁊ foꝛtis: ⁊ etiā ebori
antiquo aſſimilatur q̄ꝛ ſapit ſtatum
innocentie: vbi eſſet conceptio abſqꝫ
peccato. Dum autē hic thronus cre
uit fit ſaphirinus quando ſua cōuer
ſatio in celis erat: in tantū vt nō mo
do nature humane ſed angelice pu
ritatem ⁊ pulchritudinē ſuperaret:
quod notatur cū dr̄. Suꝑ firmamen
tū qđ erat eminēs capiti animaliū:
erat ſimilitudo throni. Nam per ani
malia ſancti deſignant̄ in q̄bꝰ eſt
natura humana. Firmamētū eſt na
tura angelica in bono ɔfirmata (vt
ait gloſa) Has ergo ſuperat maria
dum q̄ dr̄ thronus igneus in Danie
le. denotat vitaꝫ poſt emiſſionē ſpūs
ſancti: vbi tota igne ſeraphico arde
bat: cupiens ire poſt filium: quando
aūt aſſumpta eſt. fit ſolaris thronus
regis noſtri: qui in tali ſole ponit ſeſ
ſionem ſuā: non qualibet ſed rega-
lem. Non enī oīs ſedes vbi rex ſedit
dicitur thronus. Nā licet oīs anima
iuſti ſit ſedes dei: ſola tamen maria
eſt thronꝰ: quia ibi ſedet in ſtola pur
purea ⁊ in dyademate: quo coꝛona-
uit eum mater ſua. Un̄ nec ipſi thro
ni ſuper celeſtes: poſſunt ꝓpꝛiiſſime
dici throni: ſed magis tribunalia q̄ꝛ
in eis ⁊ per eos dñs ſua oꝛdinat: et
exercet iudicia. Sed ab hoc throno
exit ſ̄m apl̄m. Miſericoꝛdia qua li-
beramur a peccato: auxiliū quo ſal-
uamur a periculo gratia qua profi- Heb. iiij. b.
cimus in bono vſqꝫ ad gloꝛiam: quā
michi et vobis preſtet Ieſus Amē.

## ¶ Sextus ſermo: conceptioni beate Marie de oīmoda immunitate eius.

¶ Omnes igitur celi benedixerūt
dñm dicentes. Benedictus qui lo-
cum ſuuꝫ incōtaminatum ſeruauit.
ij. Machabeoꝝ. xv. g.

¶ Inuocatio vbi oſtendit̄: ꝙ in hoc Inuocatio.
feſto promptioꝛ eſt Maria.

BEata dei geni-
trix fauet nobis: nr̄is
bene ꝓuida rebus: cō
ferrqꝫ litibus noſtris
ſymbolum grē. Quis
enī deus fecerit hominē rectū: ipſe
immiſcuit ſe infinitis queſtionibus Eccl's. vij. d.
contra demonē: quibus tamē maria
fauet quotidie. Nam litis pendētia
ad moꝛtis vſqꝫ perdurabit finē: ipſa
vero indefeſſa ſumptꝰ gratie cōfer-

re parata: ſibi nõ minus bona erit:
ſuoq; litigio nõ ſolum aſtabit: faue/
bitq;: ſed nobis eius partem agenti
bus terciū gratie dabit puiū. Quis
demones aduerſarij noſtri cum de
peccatis agitur: nullam de Maria
habeant queſtionem: ſcientes locuz
dei incontaminatum ſeruari: tamen
fratres Marie filij adam vellēt: q
tāq̄ filie naturali pars ei cederet ori
ginalis peccati in poſteros iure he/
reditario tranſmiſſi. de qua heredi/
tate dicit̄ in pſalmo. Deus venerūt Ps.78. a.
gētes in hereditatem tuam: pollue/
runt templum ſanctū tuū. Heredi/
tas hec onus peccati originalis eſt Peccatū originale eſt ydolū
hereditarie deſcendentis. Nā ideo
ſup initiū pſalmi huius (ait Augu.)
Eſt autem deploratio eoꝝ: que fecit
de⁹ vindicās. Propterea igit̄ origi/
nale pctm̄ dicit̄ hereditas dei: q2 ob
eius ſententiā tranſit ad totā poſte
ritatē ade: excepto tēplo dei maria:
qđ polluere dicunt̄ hij: qui eā macu
latā tenēt. Pollutio vero templi de
qua ps. pallegatus loquit̄: facta eſt
per anthiocū regē qui polluit tēplū
ponēdo ibi abominandū ydolū. (vt
aiūt multi expoſitores ⁊ gloſa inter
li.) Anthioc⁹ aūt interpretat̄ contra
currū: ⁊ ſunt oēs qui contra mariā
currū dei afferre nituntur: in tēplū
aīe eius ydolum peccati originalis
qđ in ea nichil eſt. nec habet locum.
Vt eis igitur obuiare valeam⁹: ege
mus gratia dei genitricis: nec ſoluz
in vno tertio ſed in tribus ſimul: mu
nificentior quidem tenetur eſſe ſi/
bi: cuius rem agimus: vnde oportet
nobis conferre gratiam preuenientē
que eſt tertium primum. ⁊ ſubſequē
tem: que eſt ſecundū tertiū: ⁊ conco/
mitantem que eſt tertium: quam vt
aſſequi valeamus ei preſentet̄ Aue
Maria.

¶ Argumentū dicēdoꝝ: vbi oſtēdi/
tur: q Maria oēs letificat.

¶ Tota felicitas ſuperioꝝ corpoꝝ:
totaq; iocūditas dyaphanoꝝ in lu/
ce perſiſtit. Quidam enim dicunt ce
los aut ſtellas nullam ex ſe habere
lucem: quis alij teneant q paruiſſi/
mam poſſident naturaliter lucem. Maria eſt lumen celorum.
Ceteri autē aſſerunt celeſtia corpo/
ra ſolum habere lucis veſtigiū: quo
lumen obiectum recipere queant:
vt nobis luceant. Hoc veſtigium ap
titudo quedam eſt: ſic luminis ſuſce
ptiua: vt ſeminariuz luminis videa/
tur. Nec deſunt qui dicāt. Celū em/
pireum ſic luminoſum eſſe: vt per fo
ramina inferioris celi que ab initio
fecit deus: lucem ſuam emittat que
nos ſtellas vocitamus luce imbuta
Quomodocūq; ſit prima ppoſitio
permanet: q ſcilicet corporum ſupe
riorum tota iocunditas in luce per/
ſiſtit. Maria autez illuminatrix in/
terpretatur de qua optime dici va/
let. Lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre Iohā. i.
eam non comprehenderūt. Lux ma/
ria lucet in tenebris videlicet pecca
toribus: quia de peccatricibus nata
eſt radicibus: que eam non compre/
henderūt: quia non in originali pec/
cato genuerunt. Hec lux non ſolum
tenebrarum gloria eſt illuminās mi
rabiliter omnez peccatorem ſibi cō/
miſſum: ſed eſt gloria ſtellarum ⁊ ce
lorū hominū ⁊ angeloruz: que obfu/
ſcari non debuit per originalis pec/
cati nigredinem: cauente hoc ſole iu
ſtitie qui ex ea lumen humanitatis
ſue recepit ad illuminandum omnē
hominē venientem in hunc mundū:
atq; in celum euntē. Noſtra enim il/
luminatrix in celis fecit: vt oriret̄ lu
mē indeficiēs: propterqđ thema cō/
cludit. Omnes igitur celi benedi/
xerunt dominum dicentes. Benedi



ctus qui locum ſuū incōtaminatum
ſeruauit: q2 ſ. ex hoc nobis multa p/
uenit gloria et iocunditas: nā lux ſi/
cut ⁊ bonitas eſt diffuſiua ſui: cūctiſ
q; impartit̄ alacritatem ſuam.

Diuiſio. ¶ Duplex pars erit ſermoni: prima
de incōtaminatione loci: ſcđa de be/
nedictione preſeruantis.

Prima pars. ¶ Quis vt ait Scotus. q̄libet crea/
tura etiā infima ſit maxime dignita
3. d. ris capax: per hoc q ſemper inuenit̄
ſubiecta omni ſubiectione deo: nul/
lam habens eius potētie repugnā/
tiam: cui curuantur etiam qui por/
Iob. ix. b tant orbem. Tamen non ſolum per
hoc dignior eſt maria: cui beneficiū
Dignitas marie facit ad preſeruationem. incontaminationis oīmode preſtet
deus: quoniā ⁊ lapis ad omnē potē
tiam dei ſe prebet paſſiue: Maria
aūt q̄ non ſolū capax: ſed digna fuit
ab angelo viſitari: qui eius maieſta
tem videns velut ſue annūciationis
oblitus: eaz ſic laudare cepit: vt hu/
millima virgo timeret inſidias ela/
tionis: ⁊ iā laudē iniuriam reputās.
Turbata eſt in ſermone eius: quem
longuz texuerat narrans q̄tū eſſet
gratia plena: ⁊ adhuc exiſtere domi
nū ſecum ampliora conferre: ſi rece/
pta: minima viſa fuerint. Tandem
angelus elogium laudationis con/
Luce. i. d cluſit dicens. Virtus altiſſimi obū/
brabit tibi: vt ferre videlicet queas
ardores ſempiternos diuini amoris
quos in animam tranſmittet. Qui
etiam obumbrabit tibi: vt ipſa ſola
comprehendere valeas que opera/
turus eſt in te: ceteros autem late
bit myſteriū. Huic ergo fratres cui
deus tanta contulit: cuius thronus
ad chriſti dexteraz ſtatuitur: de qua
prophete predixerunt: quam patri/
arche ſemper optauerūt: quam apo
ſtoli deprecati ſunt: et euangeliſte
ſermonibus euexerunt: angeli ancil

lantur vt ſerui: trinitas veneratur
vt conſortem: dei filius reueretur vt
matrem. Quid ergo mirum ſi apta
ſit immunitati: aut idonea tante pre
ſeruationi? Hoc dixi: quia vt Anſel/ Anſelm⁹
mi proſequar ipſe rationem: ad im/
munitatem hanc non parum facit
primor virgineus: et eius dignitas
ſingularis: que tanta fuit: vt in ſup/
poſiti diuini vnitatem decenter aſ/
ſumi potuiſſet ſi voluntas dei foret.
Si autem de potentia preſeruantis
ſapientia et voluntate aliquid vel
attingere verbo placet. Aduerte q̄ Potētia dei ad hoc.
ad Marie immunitatem dei pote/
ſtas non minor eſt: quoniam ſicut et
nos eadem facilitate proferimus
quodcūq; notum verbum: ſic deus
efficit quodcūq; volitum ſibi opus
ideo enim (teſte Bernardo) Ange Bernardus.
lus dixit poſſibile apud deū omne
verbum: vbi verbum: pro opere po/
ſuit: quia ea facilitate facit de⁹ ope/
ra qua nos verba / imo et facilius.
quia nos omnia ſimul non valemus
loqui. Deus autem qui viuit neter/
nū creauit omnia ſimul. Opus au/ Eccl.
tem preſeruationis in ſe facilimum xviij. a.
non eſt in quo omnium demonum
malitiam deus impediuit: qui hanc
virginem pro decem millibus com/
putabant: ſi eam contaminare va/
luiſſent. Nam quia ſolaz Abiſac pe/ iij. re. ij. b
tiit ſibi Adonias: dixit Salomon
Berſabee poſtulanti. Poſtula ei ⁊
regum. Ac ſi tantum valeret puel/
la regina chariſſima omni iſraeli.
Propter hunc igitur inſultum ⁊ au/
ſum occidi iubetur Adonias: quia
demon noſtram virginem vſurpare
volens per deceptam mulierem pri
mam amore Marie vincitur a deiſi
lio. Adonias vſurpare cupiens re/
gnū eſt demon inuidus chriſto: Abi
ſac interpretat̄ pater multiplicans

⁊ eſt virgo maria virago nichil effi-
minatū hñs amabilior ceteris mulie
ribꝰ Dauid: qꝛ dilexit eā rex eternꝰ
Sapien- ſuper oīs creaturas. Potētia igit̃
tia dei ad dei non parū fecit in hoc opere: nec
hoc. ſapiētia paꝝ ſciuit: qm̄ dr̄ de ea. Scit
verſutias ſermonū. ſ. ſerpentis calli-
Sapien. dioris: ⁊ diſſolutiones argumentoꝝ
viij. b eiuſdē vcz: qui per euā Mariā niſꝰ
eſt maculare. Sapiētia vero dei ecō
uerſo ſcit per Mariā euā emunda-
re. Unde merito de ſapiētia diuina
perhibetur ibidem. Attingit ergo a
fine vſqȝ ad finem fortiter: et diſpo-
Ibidē. a. nit omnia ſuauiter. Duo precipue re
gnāt in deo. ſ. iuſtitia. Cuiꝰ finis eſt
fortis punitio: ⁊ miſericordia: cuius
finis eſt dulce remedium ⁊ ſuaue.
Caſtigans caſtigauit me dñs forti-
ter in eua: ſed qm̄ ad alterū finē at-
tingit ſapientia eius oia ſuauiter di
ſpoſuit in Maria: de qua immedia-
te ſequit̃. Hāc amaui ⁊ exquiſiui ⁊c.
¶ Si aūt de voluntate dei vel vnū
verbū fecero: Dicā illud pſalmi ſe-
Pſalmꝰ. quens trāſlationē Hieronymi qui
lxxxvi. a. ait. Fundamentū eius in mōtibus
ſanctuarij. diligit dñs portas ſyō ſu-
per oia tabernacula iacob. Glorioſa
dicta ſunt in te ciuitas dei. Sacrua-
riū dei marie corpus eſt incōtamina
tū: mōtes vbi ſituationē accepit an
gelice ſunt puritates: ſi em̄ eſt ange
lis cognata ꝟginitas cognatior eſt
inocētia angelicas ꝑ ſe terēs purita
tes in qbꝰ eſt hūanitas xp̄i eleuata:
que dicitur fundamētū apoſtoloꝝ
⁊ prophetaꝝ Syō autē beata virgo
eſt oīm ſpeculatrix: quia ideo glorio
ſa dicta. i. facta ſunt a deo in ea: vel
ei magna reuelata myſteria. Sȝ vi-
dere eſt: cur dñs velit portas ſyon:
non ſolum ſuper portas Jacob ſed
Numeri. ſup tabernacula eius. Nec em̄ huiꝰ
xxiiij. b. tabernacula parū laudatur in Nu-

meris. Ubi aduerte ꝙ tabernacula
iacob oīs ſancti ſunt qui portas ha
bent deſtructas. ſ. ꝯceptiōis ⁊ mor-
tis. per conceptionē mundū intrāt:
per mortem aūt egrediūtur. Cōce-
ptio autem ceteroꝝ non placet deo Uolūtas
inq̄ntum peccatrix eſt: nec letatur in dei ad hoc
perditione morientium: qꝛ ipſe mortē
nō fecit: a quibꝰ duabus ianuis ma-
ria laudatur: qꝛ non penaliter mor-
tua eſt: ſicut nec in peccato cōcepta
Solius ergo Marie porte placent
⁊ tabernaculū: ceteri malas habent
portas: qꝛ in peccatis eos aluit ma-
ter ſua: ⁊ mors pro peccatis inflicta
detinet eos: ſȝ beata ꝟgo altior vni
uerſis ſolicitius preſeruatur. Dica- Anſelmꝰ
mus igit̃ cum Anſelmo. Si deꝰ ca-
ſtanee cōfert vt inter ſpinas ⁊ a ſpi-
nis remota cōcipiatur: alatur: ⁊ for-
metur. Non potuit hoc facere filius
matri ſue? Plane potuit: et voluit: Auguſti-
quod ſi voluit: ⁊ fecit. Et Auguſtinꝰ nus.
in libro de libero arbitrio ait. Quic
quid tibi vera ratione faciendū oc-
currit: ſcias deū feciſſe bonorū oīm
conditorem. Omnes igit̃ celi bene-
dicant deū: qui locū ſuum incōtami
natū ſeruauit: quod optime ratio di
ctat: qꝛ ſua cuiqȝ dolēt: ⁊ mater oīs
antecellit: que oibꝰ preponi debuit:
vt qui feruentiꝰ ſeruit: ampliora ſpe
ret. Hec preſeruatio in ea hyſtoria
figurat̃: ex qua thema ſumptuȝ eſt.
Ibi nāqȝ dr̄ ꝙ Nichanor volēs deo
equiparari queſiuit: ſi eſſet potens
in celo: qui iuſſit agi diem ſabbatoꝝ
⁊ ait. Ego autē potens ſum in ter- i. macha.
ra qui iubeo arma ſumi. Hic niſus xv. b.
eſt violare tēplum dñi. Sed inter iu
deos ꝓ cognatis minor ſolicitudo Ibidē. b.
erat: maximus autē ⁊ primus ꝓ ſan
ctitate tēpli timor erat. Sȝ cū nicha
nor iuſſiſſet armis ſuis oſtenſo capi-
te ⁊ manu nepharia; quam extēde-



rat in templū: ⁊ lingua particulatim
auibus diuiſa: oēs celi benedixerūt
deū: qui locuȝ ſuum incontaminatū
ſeruauit. Nicanor interpretat̃ victo-
rioſus. ſic vt ſumma ſuperbia erectꝰ
cogitauerit cōmunē tropheū ſtatue
re de ſanctis. Hic eſt demō. q̄ poſtꝙ
de celo cecidit in eadem voluntate:
quā ibi habuit perſiſtēs ſe dicit po-
tens ſaltem in terra: qꝛ dictū eſt ei.
Terrā comedes cunctis diebus vi-
Geñ. 3. d te tue (. ſ. vſqȝ ad iudiciū) cuȝ in ter-
ra ſancta dei ſoluta ſint calciamēta
morticinium pctī ferre nolente. Hic
diem ſabbatoꝝ ⁊ templū violare ni
tebat̃: ideoqȝ ſacrilegus eſt: eiqȝ non
valet templū: qđ eſt peccatoꝝ aſilū:
vnde iniquitas demonis irremedia
Dies fe- bilis eſt. Dies ſabbatoꝝ ⁊ templum
ſtus in tē optime ſibi coherent. Nam in tēplo
plo colit̃. colitur dies iſta nō in platea aut pra
tis aut ludis: q̄ nūc dr̄ ſanctificatio
nis: ⁊ ſabbatoꝝ: ⁊ ſeptia dies a deo
viuo agi decreta. Hoc tēplum fra-
tres manu dei factū Maria eſt: vbi
cōſecratus eſt ſacerdos ⁊ hoſtia cru
cis filius dei: qui non habitat natu-
raliter in corpore ſubdito vllis pec-
catis: ſed in Maria vbi teſte Johā
ne. Nil coinquinatū intrauit. In hoc
tēplo ſabbatiȝat etiam ipſe deꝰ: cui
nos prebuimus laborē in iniquitati
bus noſtris. In nobis diem veneris
captat xp̄s in maria vero dies ſan-
ctificatus illuxit ei: vbi nulla rebel-
lio carnis ad ſpm̄: nullū ſeruile inue
nitur peccatū. Nec ſolū eſt ibi dies
ſanctificatus ſȝ ſanctificationis. Nā
hoc in tēplo ſacerdos dei xp̄s ſancti
ficauit nos. Audeo equidem dicere
prius nos fuiſſe redēptos in maria.
ꝙ in cruce ab illo: qui operatꝰ eſt ſa
lutē in medio terre virginee. dās ſa
lutē in manu femine. In Maria igi
tur egit deꝰ ſabbatū ſabbatoꝝ: oēm

requiem noſtrā ab onere peccati in-
uenit ⁊ fabricatꝰ eſt ibi. Ideoqȝ ſe-
ptima dies dr̄ acta in Maria quaſi
vniuerſalis ſit ibi requies: nā ſepti-
mus nūerus vniuerſitatis eſt. Deſi-
qȝ dies cenſuȝ ſabbato ꝯterūt apud
hebreos ſic recenſentes. Prima ſab-
bati. Scđa ſabbati. ⁊c. qui etiam di
cunt bis in ſabbato ieiunaſſe: qm̄ in
quolibet die hic ſabbati dies domi-
nabat̃: ab eoqȝ tota ſeptimana voca
ri contingit ſabbatū. Imo ⁊ nos di-
cimus primā feriā ſcđam feriam ter
tiam feriam. ⁊c. Quid per hoc intel-
ligemus fratres. niſi ꝙ oīȝ requies
in Maria repta eſt? Niſi ꝙ ab omni
peccati labore immunis ſit? Niſi ꝙ
ab vniuerſitate vitioꝝ incōtamina-
ta ſeruetur? In hac requieuit deus
ab vniuerſo labore ſuo pro nobis ſu
ſcepto: qui labor nullus alius eſt niſi
peccatoꝝ noſtroꝝ: qꝛ i nullo laborat
deus niſi in peccatore lucrans cum
pctō noſtro: ſed in maria eſt oīmoda
requies ſua ⁊ noſtra de qua ſcriptū
eſt. Sabbatū erit terre requietiōis Leuitic.
dñi. Ecce q̄liter terre atqȝ dñi ſab- xxv. a.
batum ⁊ requies eſt in Maria tem
plo dñi ⁊ noſtroꝝ oīm: cui deus indi Eſaie.
xit oīmodā requiē ⁊ ceſſationē pec- xiiij. b.
cati.: imo ⁊ in hoc tēplo ex toto ceſſa
uit peccatum: ⁊ exactor ideſt fomes
peccati: ⁊ per cōſequens ceſſauit caſ
ſatio: que inter ſenſualitatē ⁊ ratio-
nē eſſe ſolet. vt ſic reputaret̃ hoc ſibi ꝓs. cv.
ad iuſtitiā. ſ. originalē in generatio-
ne paſſiua: ⁊ generationeȝ actiuam
qua filiū dei generauit: ⁊ vſqȝ i ſem-
piternū. Sed Nicanor nec ꝓpterea
deſiſtit: quin vires ſuas expleat con
tra templū incōtaminatū dei. quod
eſt mater eius: de qua nos ſoliciti ſu
mus. Unde ideo dr̄ in preadducta fi
gura: ꝙ ꝓ cognatis minor ſolicitu-
do; maximꝰ vero ⁊ primꝰ timor erat

pro templi ſanctitate:quia de ceteris
ſanctis nō curat eccl'ia ſi fuerint ma
culati vel non. Sed pro templi im-
munitate Marie videlicet inconta
minatione pugnam⁹ ſcientes: ꝙ ſi
contaminaretur: non ſumeretur ex
eo hoſtia ꝓ peccatis noſtris. Quis
enim vel omni ex parte negligentia
oneratus non cōſecrat prius hoſtiā:
ꝙ in terra eam cadere ſinat? Ma-
ria ad quam venit deus conſecran-
dus ſacerdos:hoſtia dici poteſt pro
peccatis noſtris:ſub cuius acciden-
tibus deus ipſe latebat. Nec ergo
decens fuit: vt eam prius ſineret in
peccatū cadere: ꝙ cōſecraret in ma
trem:pro qua ſola ei maxima ſolici-
tudo fuit: ⁊ eſt nobis ad hoc propa-
landum myſteriū. Quid em̄ erit no
bis ſi templum dei captiuū ſit: vbi
omnes a captiuitate liberari credi-
mus? Non fuit liberata a pctō Ma
ria:ſed libera ſemper remanſit ab il
lo:oēſq; per eam ſcim⁹ fuiſſe libera-
Heſter. tos: quēadmodū ꝑ Heſter ſup quaz
vij.b. nō venit lata ſententia:oēs hebrei a
mortis lata ſententia liberati ſunt.
nec ſoluz libertas ſpiritualis in hoc
templo virgineo inuenta eſt nobis:
ſed etiam corporalis. Nam ſi Eua li
berata eſt:ne inficeretur flatu ſerpē
tis venenoſo: nec annullata eſt poſt
peccatū:propter Mariā bene actū
eſt ei. Quam deus ſic amauit:vt ob
Gen.vi. eam Noe a diluuio liberaret: Abra-
et.vij. ham a cede quinq; regum:Yſaac ab
Iſmael. Iacob ab Eſau:a ſaule Da
uid: ⁊ oēs iudei a rege Pharaone.
Vn̄ Salomō ait. Gratia ⁊ amicitia
ſcʒ Marie liberant:quas tibi ſerua
ne exprobrabilis fias. O ꝙ expro-
brabilis eſt:q̄ Marie grām ⁊ amici-
tiā perdit: ꝑ quā acceſſum habem⁹
ad deū filiū ſuū. Sic ergo Nicano
armis ſuis dʒ corruiſſe:q ꝑ mulierez

nos oēs voluit inferi mere: ⁊ ꝑ mu
lierem Mariā vict⁹ eſt:atq; trūcat⁹
capite manu ⁊ lingua. In aliquib⁹ Caput lin
demō hʒ caput elingue:in alijs vo gua:ma
habet ⁊ linguā: ſed in deterioribus nus diabo
habet etiā manū. At in Maria nec li qd eſt.
habat caput:nec linguā vel manū: ⁊
per ↄſequēs nichil. Nūc igit̄ aduer
te:ꝙ caput diaboli eſt originale pctm̄
qđ ꝓpterea caput nominari ſolet:qꝛ
immiſſo capite ſerpētis:totū corpus
elabit̄ facile. et ſic dū originale con-
trahit quis:faciliter ruit in actuale:
qđ eſt velut ſerpentis corpus labile
poſt caput. quapropter dicit Augu. Auguſti
contra iouinianū. Si chriſtus origi- nus.
nale cōtraxiſſet:pfecto grandior ef-
fectus actuali nō caruiſſet. quaſi di
cat capite admiſſo cōtinuo labitur
corpus. Sed quia huic capiti nō eſt
locus in Maria:trūcatur capite Ni
canor. quod propheta contemplans Abac.iij.
ait ipſi deo. Percuſſiſti caput de do- d.
mo impij: denudaſti fundamēta ei⁹
vſq; ad collum:maledixiſti ſceptris
eius:capiti bellatorum eius. poſt ly
(vſq; ad collum) in hebreo additur
ſela ideſt ſemper ſic: vſq; ad collum
ſemper. Vbi non ſolum tempus vi-
detur notare:ſed terminuz rei:vt ſit
ſenſus. Denudaſti fundamenta eius
vſq; ad collum ſcilicet incluſiue. Iā
ergo domus impij demonis noſtra
potentia peccandi eſt aut pronitas
ad quā velut ad ꝓpriū venit hoſpi-
tiū demō. Si nimis ꝓn⁹ es ad pec-
candū: bonū hʒ hoſpitiū:ſi aūt par
ꝓpeliuis.malū hʒ vmbraculū:ſi nullā
haberes ꝓnitatē peccandi min⁹ ve-
niret ad te ſciēs ꝙ fruſtra iacitur re
the añ oculos pēnatoꝝ. Caput hui⁹ Puer.i.b
domus diaboli et caput ipſius:quo
cepit in mundo regnare eſt origina
le peccatum:quod ipſe deus percuſ-
ſit ⁊ cōtriuit apud chriſtum ⁊ Ma

riā matrē eius: ne vnq̄ regnaret in
eis. Et propterea ſequitur. Denuda
ſti fundamenta eius vſq; ad collum.
Duo ſūt Duo ſunt peccati originalis funda-
pcti origi menta:ex quibus conſurgit. Primū
nalis fun filiatio naturalis ade: vt ſcilicet de-
damēta. ſcendat ab eo per naturalem propa
gationem maris et femine. Et hoc
fundamentū nullatenus fuit in chri
ſto: qui ꝙuis dicatur filius Adam:
miraculo diuino propagatus eſt: et
iij.d.iij. non libidine. Et propterea teneo cuʒ
q.ij. Scoto ꝙ ⁊ ſi per impoſſibile:quem
peperit nobis maria virgo: nō eſſet
filius dei:etiam peccatum originale
minime contraxiſſet. Scdm aūt fun
damentū eſt promulgatio legis pe-
nalis contra poſteros ade que defe
Heſter. cit in Maria:quoniā exēpta eſt iux
xv.c. ta id. Non ꝓ te ſed pro oībus hec lex
conſtituta eſt. Cum ergo corporis ec
cleſie caput ſit chriſtus:collum Ma
ria:optime dixit ꝓpheta: denudata
eſſe fundamenta peccati originalis
Cāti.vij. etiam vſq; ad collum incluſiue. Vn̄
b. ꝓpterea eccleſie dicitur. Collū tuū
Cāti.i.c. (qđ eſt Maria) ſicut turris ebur-
nea.ſ. ꝓpter rectitudinē ſemꝑ habi-
tā in aīa ⁊ eburnea ꝓpter puritatez
corporis.q̄ dicunt̄ a munere ſponſi.
Spōſa ergo dei q̄ eſt mater eccleſia
collū hʒ mariā ſicut monilia: q̄ etiā
dicunt̄ a muniēdo:quia virgo dei mu
nit nos: ſemperq; munita fuit ⁊ im-
munis ab omni labe originali. Alia
tādem eccleſie mēbra aliquādo infe
cta fuiſſe creduntur preter caput ⁊
collum chriſtū.ſ. ⁊ Mariam. ¶ Lin
gua Nicanoris pctm̄ veniale eſt vt
plurimū repertum in lingua:quan-
do eā prebes arma diabolo ſeruire
Math. iniuſtitie ad iniquitatem. Nam pro-
xij.c. pter eam dixit dñs. De oī vbo occio
ſo nos redituros rationem in iudi-
cio ſuo. Dum igitur moues linguaz

mendatio vel ioco: aut aliqua leui-
tate:eam forte diabolus mouet con-
tra te: ideo caue memet Marie: q̄
nec lingua:alioue membro veniali- Cāti.vij.
ter peccauit. De omnibus enim mē- a.
bris eius dr̄. Quid videris in ſunamī
te niſi choros caſtrorum? Manus
autē diaboli grauis et armata. mor
tale peccatuz eſt de quo dicitur chri
ſto. Libera eum qui iniuriā patitur Eccli.iiij.
de manu ſuperbi. ideſt demonis:cu- a.
ius manus eſt peccatum mortale.
Ꝙuis hec manus extēta ſuper oīs Eſaie.
gentes dicatur ad Mariam tamen xiiij.f.
nō peruenit de qua perhibetur. Nō
tetigit eam Abimelech:qui dr̄ pater Ge.xx.a
conſilij: ⁊ eſt demon qui nemini pōt
vim inferre:ſed per modum conſilij
ad peccandum adducit etiam vehe
menter:quia ideo dicit̄ pater conſi-
lij:quaſi pater enim ſanū ſe dicit pre
bere conſiliū ſub ſpecie boni ſepe fal
lens:eſt em̄ pater mendacij. Attamē
non valuit latrem dei matrem con-
ſtupereſt aut ei eiuſ vaporare:quin
fugiebat eam. Ille fugit:illa reſtitit
deus etiam auertit: qui diabolo ait
in pretacta figura. Ne peccares in
me:non dimiſi vt tangeres eam. Ta
men propterea ꝙ legi dei nō eſt ſub
iectus demon: ſemperq; temptare
cupit. Iam diximus eius caput ab-
ſciſſum: euulſam manum: minutam
linguam: etiam particulariter: quia
nec ſaltem ocioſum verbum eius re-
peritur in Maria malleo demonis
⁊ tēplo domini. Vnde nil reſtat: niſi
huius myſterij atq; immunitatis ce-
lebritas communis. Eſt enim hoc dif-
fuſum: ⁊ commune bonum:quādoqui
dē ⁊ noſtrū eſt templum hoc ꝓſerua ij.macha
tū ad refugiuz ſingulorum: propter beo.xv.
quod iure ſequitur in figura quam
exponendam ſuſcepi. Itaq; oēs co-
muni ↄſilio decreuerūt nullomodo

diem iſtum abſq; celebritate preteri
re:habere autē celebritatē tertiade-
cima die menſis adar pridie mardo
chei die. Hic aduerte ꝙ prius colitꝛ
liberatio templi ꝙ̄ reuocatio ſenten
Heſter. tie late in iudeos: qui per Heſter et
mardocheū de hoſtibus ſuis ſe vin-
dicarūt cōtra Aman:cuius occaſio-
ne mortis dāpnationē incurrerant.
Priuſq; de hoc celebritas fiat colitꝛ
im munitas templi:qd̄ eſt Maria q̄
priuſq; de⁹ occaſione demonis nos
Gen̄.3.d. dāpnaſſet: ab illa condempnatione
exempta eſt. Nā priuſq; peccati pu-
nitionē deus ꝓpalaſſet. Dixit ad ſer-
pentem. Inimicitias ponaȝ inter te
et mulierē:⁊ ſemen tuū ⁊ ſemen illi⁹
ſcȝ xp̄m ſemen v̄ginis: de qua ſequi
tur. Ipſa cōteret caput tuū. Ecce igi
tur quomodo prius celebrari opor-
tet immunitatem Marie ac preſer-
uationē eius: ꝙ̄ redemptionē nr̄am
Ideo q; dictū eſt:ꝙ immunitas tem
pli celebratur pridie mardochei die.
Nā omīs celi.i.oēs angeli qui antea
nouerunt preſens myſterium bene-
dixerunt deū dicētes. Benedictus
qui locū ſuū incōtaminatum ſerua-
uit:ne macularetur.

Secūda pars. ¶ Nunc autē in ſcd̄a ſermonis por-
tione quis enarrare valeat celoꝝ
Benedictio marie cōmunis eſt. rationē qua bn̄dixerunt deū? Hecci
ne bn̄dictio potuit eſſe ſimplex? Nō-
ne in ea ⁊ nos: noſtrā vēdicabimus
portionē? Si bn̄dict⁹ eſt bene auct⁹
iuxta vocabuli expoſitionē: optime
liquet qualiter deo ⁊ tēplo eius:et
nobis qui adoramus ad templū ſan
ctū ſuum portio huius celorum be-
nedictionis erit. O beata v̄go ecce
ꝓpter te benedicitꝛ de⁹. ⁊ nobis per
te deſup eſt benedictio. Quid em̄ a
tanta maieſtate celoꝝ poterit eue-
nire:quod oībus nequeat imparti-
ri? Etiā ingrat⁹ ſe abſcondere nō po
terit a celoꝝ benedictione:qui plue-
re nouerunt ſuper bonos ⁊ prauos.
Quis de abyſſo ſubiacente poterat
Prouer. viij.b. eſſe benedictio tua virgo: q: nōduȝ
erant abyſſi: et tu iā concepta eras:
nunc ab oībus celis benediceris:vt
tecū benedicamur ⁊ nos:qui ſub vm
bra alarum tuaꝝ ſperamus:q: ſoror
nr̄a es: ꝙ̄uis iam mater dei effecta.
Si autē cauſeris ⁊ dicas hec bene-
dictio ſoli deo dirigi: qui locū ſuum
ignorantem a contaminatione ſer-
uauit. Nōne ⁊ locus iſte apud nos
eſt? Et deus ipſe ꝑ te ꝓpinqu⁹ iure
nobis eſt ſicut booȝ ruth ꝑ noemi?
Iure deniq; ꝓpinquitatis nobis ꝑ
te acquiſite etiam ſuper nos eſt iſta
benedictio tua:ꝙ̄uis deo ſingulari-
ter dirigatur:cui nichil accrementi
poterit aduenire:quin redundet in
nos. Hec eſt em̄ potiſſima differen-
tia benedictionis dei ad nos: ⁊ no-
ſtri ad deū: ꝙ nos eū non valemus
benedicere: quin bn̄dicamus ⁊ no-
bis:q: benedictio mea in ſinū meuȝ
ꝯuertetꝛ:ille aūt nos benedicet quin
ſe benedicat:cui nichil noui aduenit
vnq̄. Iam ergo q: cūctis ꝓficit hec
celoꝝ benedictio de ea nōnichil ꝓfe
ramus:quoniā multa eſt: et ad oēm
eius partem non potero eſſe attent⁹
niſi ad illū locū vbi ſcriptura bene-
dicens deū ⁊ Mariā ⁊ ſeruos ſuos
Deute. xxxiij.d. dicit. Non eſt deus alius:vt de⁹ re-
ctiſſim⁹:aſcenſor celi auxiliator tu⁹.
Magnificentia eius diſcurrunt nu
bes:habitaculum ei⁹ ſurſum: ⁊ ſub-
ter brachia ſempiterna eijciet a fa-
cie tua inimicū:dicetq;. ꝯterere. Ha
bitabit iſrael ꝯfidenter ⁊ ſol⁹. Ocu-
lus iacob in terra frumēti ⁊ vini:ce-
liq; caligabunt rore. Btūs tu iſrael
Quis ſimilis tui popule qui ſalua-
ris in dn̄o? Scutū auxilij tui. ⁊ gla-
di⁹ glorie tue, hec ibi. Ubi aduerte
ꝙ a rectitudine

Rectitudo dei. ꝙ a rectitudinē primo laudatꝛ deus:
ita vt nō eſſe dicatur alius preter eū
rectiſſimum:qui ⁊ non eſſet deus. ſi
rectitudine caret. Quod autē recto
ꝓpinquius eſt:rectius iuſtiuſq; inue
Eccle. vij d. nitur. Unde deus in principio fecit
hominē rectū Adā per originalis iu
ſtitie rectitudinē a qua ꝑ tortuoſita-
tem coluber peccati q; receſſit: ⁊ exin
de rectus in homīb⁹ nō eſt: vt ait
Mich. vij.a. propheta:niſi per flatum dei ſpirit⁹
rect⁹ innouetꝛ in viſceribus meis:ad
quē renouādū niſi per Mariā veni-
re noluit:per ipſam rectificamur et
nos. Ipa eſt via dei q̄ ab initio recta
fuit vnita deo: immediata ei atq; in
eum ꝑ eū directa: ⁊ in nos:ita ꝙ re-
ctiſſimus dei filius huic vie ſue ab
initio rectitudinē ſcītatis dedit ei:
vt recti⁹ veniret ad nos. Quod mi-
Eccli. lv. c. rabiliter inſinuat dicēs. Ante tēpus
poſtulabā pro illa: ⁊ vſq; in nouiſſi-
mis inquirā eā: ⁊ florebit tanq̄ pre-
cox vua: Letatum eſt cor meū in ea:
ambulauit pes meus iter rectū:a iu
uentute mea inueſtigabā eā. Hec ſa
piens Ieſus:cui⁹ quodcūq; v̄bū ni
mia pōderatione indiget. Sȝ q: tē-
pus non ſuppetit ſolum recogita ꝙ̄
precox ſit Maria:quā ante tēpus ⁊
ante ſecula ꝑſeruata ⁊ ꝑuiſa. Iuuen
tus dei eſt icarnatio v̄bi: ꝓpter quā
inueſtigata eſt ab eo:atq; ꝑuiſa. Sȝ
querēdū eſt:cur a rectitudine lauda
tur deus: anteq̄ dicatur Marie: ꝙ
aſcenſor celi auxiliator ei⁹ ſit:vel cur
de aſcenſione fit mentio in magnifi-
catione marie: niſi vt innuatur: ꝙ a
curuitate peccati originalis eam re
ſeruat:qui eam rectiſſimam ſibi viā
fecit:aut ſcalam celi nobis? Inſuper
additur ꝙ pro dei magnificentia nu
bes ſcilicet angeli qui vt nubes vo-
lant:ad Marie cōceptionem diſcur
runt:imo ⁊ precurrunt:vt in ei⁹ ani-
mam. ſuos actus hierarchicos ex-
pleant: vt ſic ſurſum fiat habitacu-
lum dei:dona que ſurſum ſunt capi-
ens:non peccatum originale qd̄ eſt
ſuper terram. Quod clarius expli-
catur in hoc quod ſequitur. Subter
brachia ſēpiterna eijciet a facie tua
inimicum ideſt originale peccatū vt
nec videas illud. Brachia hec (teſte
Albert⁹ Alberto) Sūt gratia preueniens et
cooperans: quibus a creatione ſua
deus amplexatus eſt Mariam: di-
cens peccato: conterere. Ecce illud
verbuȝ quod in principio erat in ore
dei:quando dixit. Ipſa conteret ca-
put tuū ſcilicet per me vt impleatꝛ id
quod ſequitur. Habitabit iſrael fili⁹
dei confidenter ⁊ ſolus in maria nec
veniali peccato ſociatus:vbi nec ori-
ginale fuit: q: ideo confidenter mo-
rabitur in ea ſecurus: ne per fomitē
inquietari poſſit. Nūc in ſequentib⁹
inuitamur ⁊ nos:q: dr̄. Oculus Ia-
cob. interio videlicet cuiuſlibet fide-
lis. in terra frumenti ⁊ vini: que eſt
maria. vbi deitas ⁊ humanitas xp̄i
frumētū ⁊ vinū dici valēt. Etiā ſan-
ctos inuitat propheta dū ait. Celiq;
caligabūt rore.i.grā Marie matris
gratie. A terrenis em̄ vaporibus hu
midis ros ꝯgelatur: ⁊ ſic ſancti per
Marie lachrymas hūiles abundat
grā. Btūs igitꝛ iſrael. i. popul⁹ chri-
ſtian⁹ vidēs deū incarnatū i maria
ſaluat⁹ in deo ſalutari ſuo: q̄ eſt ſcu-
tū auxilij nr̄i:apud deū iratū: ⁊ gla-
dius glorie noſtre contra inuaſorem
inimicū. Uel Maria dr̄ gladius glo
rie noſtre:quia per eam regnū celo-
rū quod vim patitur valem⁹ acqui-
rere:vn̄ cuilibet noſtrū dr̄ de maria.
ij. mach. xv. d. Accipe ſanctum gladiū mu n⁹ a deo
in quo deijcies aduerſarios iſrael.i.
videntium deū in preſenti per grām
⁊ in futuro per gloriam, ⁊c.

## ¶ Septimus ſermo: de expectatione btē Marie: q̄ alio nomine dr̄ de la o.

¶ O emanuel. Eſaie. vij. b.

¶ Inuocatio: vbi oſtēdit ꝙ Maria eſt o. per quod clamamus ad deū.

Hodie celebramꝰ
feſtum: qđ dr̄ ex o/vel
qđ dr̄ o: nō ſimpliciter
ſed dr̄ ſancta Maria
ex o/ ⁊ capitur intrāſi
tiue: ⁊ tm̄ valet: ac ſi diceres: ꝙ eſt
Maria eſt o/ ſctā Maria rotunda: vn̄ ipſa beata
vgo dr̄ o/ ⁊ eſt o. Ubi nota q̄rto iure
beata vgo vocet̄ o/ nā hec lr̄a ꝓpter
diſpoſitionē ſuā pfectior eſt inter fi
guras: qꝛ circularis eſt: maria quoqꝫ
inter creaturas pfectior inuenit̄: qm̄
angulo iniquitatis caret: q̄ in ea lo
cū non habet. Itē hec figura ꝯtinet
alias: ⁊ nulla eā. ⁊ ſic beata vgo cō
tinet cūn puilegia: nemo tm̄ attingit
puilegiū eius: qꝛ deꝰ nō fecit taliter
ps. cxlvij. omni nationi: ſicut fecit hieruſalem:
cui cōfortauit ſeras portaꝝ: vt inte
gerrimā figuraret mariā. Itē in hac
littera o/ idē eſt principiū ⁊ finis: nā
in ea iungūtur: qđ melius ⁊ altiꝰ re
peritur in Maria: qm̄ in eius viſce
ribus alpha qđ eſt deus: ⁊ o/ qđ eſt
homo finis creaturaꝝ iūgunt̄ i ma
ria: ⁊ p mariā. idē ſunt deꝰ et homo:
qꝛ hec duo vnus eſt xp̄s. Nec miruꝫ
ꝙ tm̄ capiat maria: qm̄ ſicut figura
circularis eſt ceteris capatior: ſic
beata vgo capaciſſima ꝯtinet i gre
Maria eſt vox optātis. mio: quē celi capere non valent De
niqꝫ cōmuniter oēs cum iſta lr̄a o/
vocare ſolēt: ⁊ acerſire oīa que deſi
derāt: ⁊ ſic btā vgo mediū vocatio
nis eſt omnibꝰ: ⁊ cuiuſcunqꝫ deſerti
atqꝫ miſeri vox: ideo enī ait thema.
O emanuel. Per o vocat̄ emanuel
vt p mariā ad ſit nobis grā ſpūs ſan
cti: qm̄ ꝓ nobis in maria poſita eſt:
qꝛ queadmodū pūctꝰ ponit̄ in circu
lo: vt ex eo trahāt̄ linee ad circūferē
tiā equaliter: ſic i btā vgine ſita eſt
multiformis grā dei: vt ex ea dedu
catur ad nos: qui ſumus velut circū
ferētia: nō valentes eū attingere: tm̄
p mariā ſecuri ſumus: q̄ cū perſonas
nō acceptet. ſed vota equaliter ꝓui
debit: ⁊ fauorem pſtabit tam ſano q̄
egro: dū tm̄ equaliter dicant. O cle
mens/ o pia/ o dulcis maria. ſ. obtine
nobis grām ſpūs ſancti: quā vt aſſe
qui valeamꝰ: ei offeramꝰ aue maria

¶ Argumentū quo oſtēditur: ꝙ oīa dicunt/ O emanuel.

¶ Ut ait paulꝰ. Oīs creatura inge
Ro. viij. d. miſcit: ſuſpiratqꝫ ad deū ſuū. Nam ſi
celi enarrant gl̄iam dei: nec dubiuꝫ:
quin deſiderent ea potiri. Nā terra
cupit aquā/ aqua aerē/ aer lumen/ ⁊
ſic quod deterius eſt expetit melio
Oēs ſpirāt deū ris vti preſidio: vn̄ ex hoc dixit Phi
loſophꝰ: ꝙ bonū oīa appetūt. ⁊ me
lioꝛa efficatius. Cāpus dum arridet
i. ethic. celo: appetit bonū eius. aues dum
garrulant/ appetunt id qđ laudāt:
luminaria dū rutilant: deū oſtendūt
⁊ congratulantur ei: vnde cōmuni
ter oīa dicūt: ſi recte ac ꝓfunde per
ſcruteris. O emanuel/ ⁊ rationalia
⁊ irrationalia: ⁊ iuſti in terra/ ⁊ etiā
peccatores in inferno. Nā deus eſt
tantū bonū/ ꝙ ipſe lucifer ꝯuis in
uidendo dixit. O emanuel. Ex hoc
arguūt ſapientes/ ⁊ probant: ꝙ ipſe
deus non poteſt odiri in ſeipſo: nam
inimicus dei damnatus ille diues
qui dū viueret: induebatur purpu
ra ⁊ byſſo: etiam dum ſe cruciari vi
debat in flāmis: non eſt oblitus dei
ſui: ideoqꝫ appetens guſtū dei equi
ualenter dixit. O emanuel.

¶ In priori parte ſermonis quomo
do patris antiqui colebāt hoc feſtū
Diuiſio. In poſteriori vo quomodo pfectiꝰ
illud Maria celebrat exponam.

i. pars. ¶ Hoc expectationis feſtū antiquū
eſt: ⁊ p angelos celebratuꝫ ab initio
ſpei feſtū eſt cōe. mūdi: qꝛ feſtū ſpei eſt tētio quā mo
do hñt: quā in moꝛulis añ btitudinē
expectauerūt. ⁊ etiā nunc reuera ex
pectāt ſedilia ſua ⁊ ruinas impleri.
Ro. 8. e vn̄ vt ait paulꝰ. Nulla fuit creatura
quā deus nō ſubijceret ſpei. plus tm̄
pr̄es antiquos: qui ꝓpterea dicunt̄
lōganimes in ſpe: qꝛ eoꝝ ſpes nō ci
to data eſt eis. Ubi aduerte: ꝙ xp̄s
eis ꝓmiſſus vocat̄ ſpes vt ibi. Expe
Ad titū ij. d. ctātes btām ſpē: ⁊ aduentū gl̄ie ma
gni dei. hic apl̄s xp̄m vocauit ſpē be
atā. ſ. effectiue: qꝛ confert beatitudi
nē. In hac ſpe laborabant pr̄iarche
⁊ ꝓphete/ qꝛ vt ait ſapiēs: ſpes q̄ dif
fertur: affligit aiaꝫ. Un̄ ⁊ iudei xp̄o
dicebāt. Uſqꝫquo aīam nr̄am tollis:
Proūer. 3. b Si tu es xp̄s: dic nobis palā. q. d. ne
Joh. x. c. ampliꝰ torqueamur te expectātes.
Hic aduerte ꝙ eo plus xp̄ꝫ expecta
bāt: quo plura ſe ab eo recipere cre
debāt. vn̄ poſtꝙ ſapiēs dixit. Spes
q̄ differt̄ affligit aīaꝫ: ſtatim addidit
lignū vite deſideriū veniēs. Afflictio
expectātiū fructu ligni vite mitiga
bitur. Dñs ieſus vocatur hic deſide
riū veniens: ⁊ maxime tp̄e aduentꝰ
quo deſideriū colliū eternorum ad
nos venit/ nō accōmodatum. ſed cō
moratuꝝ nobiſcū/ ideo enī vocat̄ li
gnū vite plantādū in terra humani
tatis noſtre: vt naſcat̄ in humanita
te qui naſcebat̄ in diuinitate: naſcat̄
in terra/ qui naſcebat̄ in celo. Sꝫ qꝛ
ppendere nequo huius expectatio
nis viin: opoꝛtet prius ſcire: quid nā
deerat eis ⁊ poſtea ſcire poterimus
qualitatem expectationis eoꝝ. Un
ſeptē habet adā. de primꝰ patriarcha qui dr̄ pater oꝛ
bis terraꝝ ſeptē habuit añ pctm̄. q̄ꝝ
extat ſpes adhuc. pmo habuit ſapiē 1
tiā nō q̄lēcūqꝫ ſꝫ fere angelicā. Non
enī erat tm̄ acq̄ſita ex creaturis aut
arguta: ſꝫ īfuſa. imo qn̄ deꝰ īſpirauit
in faciē hoīs ſpiraculū vite: dedit ei
ſcīē ⁊ apl̄is maximā ſapiētiā. Habuit
ſcđo libertatē oīmodā filioꝝ dei: ne 2.
eiꝰ actꝰ elicitos aut imꝑatos q̄s poſ
ſet eneruare aut fruſtrari. Hūit ter 3.
tio vnionē aīe ſue ad deū: qm̄ adhe
rēs ei vnꝰ ſpūs ſiebat cū eo. Habuit 4.
q̄rto aditū celi ſibi patulū ac facile
acq̄ſibilē: qꝛ nēo ei dicebat clauſa eſt
ianua. Habuit. q̄nto ſciaꝫ diuinoꝝ ſe 5.
cretis ſecretoꝝ admiſſꝰ ſicē magni ꝯſi
lij āgelꝰ. Sexto hūit maximā digni 6.
tatē: qꝛ totiꝰ poſteritatis caput erat
paſtor ac platꝰ oīꝫ futuroꝝ. Septio
habuit certitudinē dñice icarnatio 7.
nis teſte paulo: q̄ ꝓphetā de xp̄o et
eccl̄ia vocauit adā: dū eū aſſeruit in
tellexiſſe magnū ſacrm̄ incarnatiōis
qđ ꝑſuponit̄ ad xp̄m ⁊ eccl̄iaꝫ. Hec indic. xvi c.
ſeptē figurant̄ in ſeptē crinibꝰ San
ſonis: in q̄bꝰ erat tota ſua fortitudo: q̄
bꝰ manētibꝰ. vinci nō poterat: tm̄ ſō ſeptē ma
no deſidie atqꝫ negligētie oppreſſꝰ: la p pec
ſpoliat̄ ab amica ſua: in q̄ ꝯſidebat: catum ac
quā tenere diligebat: ⁊ ſic adā p ſuā quiſita.
euā deludit̄/ atqꝫ facultatibꝰ ſuis nu
dat̄ i manꝰ inimicoꝝ ſuoꝝ tradēdus
Nec. n. tm̄ pdidit ſeptē q̄ diximꝰ: ſꝫ ac
q̄ſiuit ꝯtraria. Nā ꝯtra pmū ꝯparat̄
hō iumētꝫ: nō q̄buſcūqꝫ ſꝫ inſipiētibꝰ
⁊ merito qꝛ ſilis factꝰ eſt illis. Cōtra
ad ro. vij c. ſcđꝫ dr̄ i pſona pmi hoīs captiui. Nō
qđ volo bonū hoc ago: ſed qđ nolo
malū hoc facio. ſcꝫ tāꝙ paſſiōibꝰ me
is captiuꝰ in legē pcti. Cōtra tertiū
dr̄ ꝙ hō abijt in regionē diſſilitudis
ita vt ipſe deꝰ eū nō agnoſcat: qm̄ iu
rauit dicēs. Amē dico vobis neſcio
vos. Contra quartum dicit̄. clauſa
eſt ianua nō poteſtis ingredi: foras
canes in tenebras exteriores. Cōtra

quintū datū eſt homini: vt etiā ſeipꝫ
ignoret: q2 ſynagoge d2 ſi ignoras te
Cāti.v.d. O pulcherrima mulierꝝ ꝓgredere: ⁊
abi poſt veſtigia gregum tuoꝝ. q̄ gre-
gē ducebat/atq3 docebat: iubetur a
grege doceri. Cōtra ſextū iā decerni-
tur: vt ſit in caudā ⁊ non in caput ſꝫ
in ſimilitudinē improperij: ⁊ inderi-
puer.vi. ſum oī populo: nā ꝓpterea d2 homi-
a. ni. vade ad formicam. O piger. ⁊c.
Ecce iam ſit formice ſubiectꝰ. Con-
tra ſeptimum timet oīs homo: ⁊ oīs
populꝰ hebreoꝝ dū ait. Iā nō eſt ꝓ-
ps.lxxiij. pheta. iā nos nō cognoſcet amplius
d. Hec ergo deerāt pribꝰ antiq̄s: q̄ ſe
recepturos ſperabāt ꝑ nr̄ꝫ emanuel
ideoq3 q̄ttidie repetūt. O emanuel
Vt ergo hāc ſuſpirioꝝ memoriā re-
nouet ecclīa: hodie incipit canere. o
vſq3 ſepties ad inſinuādū ſeptē penu-
7.o. rias p̄tactas: quas reparare venit nr̄
emanuel: ideo ait thema. O emanu
el. hoc eſt initiū ſeptie antiphone ex-
primētis: quē in p̄dictis aliq̄s intelli-
gebāt: ac poptabāt oīm reparatorē.
❡ Vt autē ſingula ſingulis aptare
poſſis: aduerte: ꝙ primū malū eorū
Ge.vij.b q̄ dixīmꝰ ſignāter vigebat tpe Noe
qn̄ oīs q̄ppe caro corruperat viā ſuā
⁊ patriarche iſtius tēpeſtatis ꝑ pri-
Primuz mū. O clamāt dicētes ad emanuel.
O O ſapiētia q̄ ex ore altiſſimi ꝓdiſti:
attigēs a fine vſq3 ad finem: fortiter
ſuauiterq3 diſponēs oīa: veni ad do-
cendū nos viā prudētie. Duplex eſt
actio. ſ. naturalis altera: ⁊ altera li-
bera: vtrāq3 attingit nobiſcū deꝰ for-
titer: q2 ſine eo nichil valemꝰ facere:
⁊ ſuauiter q2 ſine coactione liberi ar
bitrij̄ facit nos velle q̄ vult: Via pru
dentie fuit archa per vndas: quibꝰ
deus fortiter puniuit iniquos: ⁊ ſua
uiter pios eripuit a periculo. Scd̄ꝫ
malū. ſ. captiuitatis: ꝓpeſſus eſt po-
pulꝰ in egypto: qn̄ a Pharaone op-
preſſus eſt in domo ſeruitutis: ⁊ pa-
triarche iſtoꝝ ad nr̄ꝫ emanuel ꝑ ſcd̄ꝫ
o. clamāt dicētes. O adonay: ⁊ dux 2.o.
domus iſrael: qui Moyſi in igne flā-
me rubi apparuiſti: et ei in ſyna le-
gē dediſti: veni ad redimēdū nos in
brachio extēto. Sicut ergo nr̄ ema-
nuel mirabilē ſe oſtēdit in archa: qui
ecclīam ſuā fabricaturꝰ erat: ſic vo-
luit tpe Moyſi ſe oſtēdere amatorē
dū apparuit in igne ad erigēdū ſpē
populi: q̄ erat velut rubus ſpinis tri
bulationū plenꝰ. quas volebat dilu
ere deus: quia ille rubus poſtea ſpi-
nis caruit vt ait gloſa. Ergo tunc tē
poris dux fuit emanuel in columna
ignis: ⁊ in brachio extēto venit: dum
ad miracula facienda extēdit virgā
v̄tutis ſue datā Moyſi. Tertiū ma-
lū. ſ. diſſimilitudinis. exptꝰ eſt popu 3.o.
lus in deſerto: maxie qn̄ adorauerūt
ſcultile: ⁊ mutauerūt gloriā dei in ſi p̄s.cv.
militudinē vituli comedētis fenum.
Tū p̄res huiꝰ tpis ꝑ tertiū o/ad nr̄ꝫ
emanuel clamāt dicentes. O radix
ieſſe: q̄ ſtas in ſignū ꝑploꝝ: ſuꝑ quē
cōtinebūt reges os ſuū: quē gentes
deprecabunt: veni ad liberādū nos:
iā noli tardare. Si ieſſe interpretat
incēdiū: liq̄de ꝯſtat deū eſſe radicē
ſue charitatis. Vn̄ ſi ob ydolatriā ꝑ
petratā nulla in eis erat rō miſeren
di: oportie recurrūt ad intimā rōnē di
uine charitatis: q̄ ab ipſo deo ſumit
initiū. Qui tūc etiā ſtetit in ſignum
ꝑploꝝ: qn̄ ſpens exaltāt in deſto ad
ſalutē ꝑpli: vt ampliꝰ ſpes creſceret
dietur nobis ad vbera potandis
ſed hoc iohanni datur in terra ha
buit enim vitam celeſtem ⁊ ange-
licam. Eſt enim amor attractiuus
et ideo non mirum ſi vbi erat pri-
Ob quattuor diligit iohannes. uilegiatus amor fieret ſingularis
attractio. Nam attraxit eum plus
q̃ magnes ferrum ad pectus ſuũ:
in quo teſte Gregorio conſigna-
tur quaſi ad locum amoris. Res
enim dilecta in ſinu poni ſolet: qꝛ
vnigenitus dicitur eſſe in ſinu pa
tris: et etiam chriſtus vt homo eſt
in pectore patris: quia ſecreto ſa-
pientie eius eſt vnitus. et Johan
nes dilectꝰ eſt in ſinu filij. Eſt au-
tem dilectus ſignanter ob virgi-
nitatem vt ait Hieronymus. Uel
Hieronymus ob ingenitam manſuetudinem in
qua ꝓ ceteris erat chriſto ſimilior
Chriſoſtomus vt ait Chriſoſtomꝰ. Nam ob mã-
ſuetudinẽ placuit tantũ deo moy
Nume. 12. a ſes: ⁊ ob eam fuit dauid ſecundũ
Albertus. cor dei. Has cauſas ponit alber-
Auguſtinus tus in prologo. Auguſtinus autẽ
aſſerit eum dilectum propterea ꝙ
vice verſa Chriſtuꝫ pre ceteris di
ligebat. Sꝫ inter has cauſas non
minimam credo eſſe: ꝙ a puero vi
xerat innocenter cum Chriſto nu-
tritus. Unde ſtatꝰ pueritie eſt ve-
lut nouitiatus in religione chri-
ſtiana. et pueros Chriſtus ãplexa
batur ac benedicebat. Pueris er-



go adhibe curaꝫ ſicut Gerſon eis
deditiſſimus.
¶ Itaqꝫ ob hec dilectus dicitur
Chriſtꝰ reclinatur in Johanne. eiqꝫ datur locus amoris pectus
Chriſti velut fornax. Plus amo-
ris elicies in cõſideratione pecto
ris chriſti q̃ manuuꝫ aut pedum:
quia licet greſſus eiꝰ et opera ma-
gna ſint, maior tamen eſt amor.
Cor em̃ prius reſpice in Chriſto:
quia hoc primitus ille reſpicit in
nobis, ad Abel primo, et ſcd̃o ad
Gene. 4. a munera eius. Nam quid eſt quod
Johãnes habet aureolã martyrij.
Mat. 20. c licet vnctus non exuſtus euaſerit
doliũ chriſto dicẽte. Calicem qui-
dem meuꝫ bibetis, niſi quia prius
aſpexit ipſe pectus Johannis: ⁊ re
clinatꝰ eſt in eo vidẽs ⁊ acceptãs
voluntatem eiꝰ ad omnia paratã?
Ambroſiꝰ. Unde Ambroſiꝰ ait in ſermõe ba-
ptiſmi Chriſti. ꝙ libenter quieſcit
dñs in ſinu ſanctorum. vnde ⁊ Jo-
hannis euãgeliſte ſinum, vt in eo
accumberet libenter elegit. Nam
chriſti ſinus erat in Johãne fides
ibi inquit ſinus Chriſti eſt, vbi ha
bitaculũ eſt virtutum, vbi domici-
lium inuenit celeſtium preceptorũ
ideo de peccatoribus conqueritur
ꝙ non habet in eis vbi caput recli
Luce. 9. g. net. exclama quomodo querenti a
chriſto vbi habitas: poteſt ipſe re-
ſpondere de multis ꝙ dãt cor vul-
pinis cogitationibus et ſuperbis
ſed non ſibi. Rogo date ſinum ca-
piti ſpinoſo pro vobis: ex quo ipſe
dedit pectus lancee. Itaqꝫ chri-
ſtus plus recumbit in pectore amã
tis eum. q̃ in manibus, et ſic quem
ipſe diligit plus quieſcit in pectore
eiꝰ. Scio equidem ꝙ magnã amo-
ris flãmaꝫ inuenit magdalena ad
pedes chriſti: ſed maiorem Johã-
nes ad pectus. bene tamen aſpicit
chriſtꝰ manus ⁊ elemoſinas. De-
niqꝫ nota cor eſſe locum maioris
amoris, ꝙ oſtenditur in hoc ꝙ eiꝰ
Luce. 22. e agonia fecit Chriſtum ſudare ſan
guinem ante paſſionem: et etiam
ideo fudit ſanguinem poſt paſſio
nem, vt oſtenderet vera ſitis quã
dixerat. dũ pendebat in cruce.
amor iohannis ad xp̄m ¶ De amore Johãnis ad chriſtũ
aduerte: ꝙ ſicut quando homo ti-
met, et turbatur ſanguis vadit ad
cor. ideoqꝫ fit pallidus: quia eſt
amicus nature. ita Jeſu turbato:
et ſanguine circa cor bulliẽte qua
ſi optante effundi: ipſe quoqꝫ Jo-
hannes amicus Jeſu recurſum ha
buit ad cor eius. Sed in hoc di-
ſtat comparatio, ꝙ ſanguis natu-
ralis vadit ad cor: vt illud defen-
dat, et ei benefaciat. Johãnes au
tem iuit ad cor Jeſu: vt ab ipſo de
fendatur. Si vis noſſe quomodo
amor apoſtoli ad Chriſtum eſt in
cena plus ardens. aduerte, ꝙ ſicut
ingratitudo ⁊ incõſideratio amo
ris chriſti fecit, vt ſathanas intra
ret in cor iude, ſic econuerſo conſi
deratio amoris eiꝰ fecit. vt Johã
nes intraret in cor chriſti. contem
plabatur in cena q̃ta dilectionis
ſigna chriſtꝰ oſtẽdit iude: ⁊ in Jo
hanne excitant amorem: qui mori
tur i altero. et ex omni opere chri
ſti tunc exhibito amator iſte amo
rem elicuit ampliorem ad chriſtũ.
ideoqꝫ eius ſermonem ſolus ſcri-
pſit ad vnguem. naꝫ eum legerat
in corde Jeſu. ¶ De amore autẽ
proximorum, quem in preſepio habuit
Johã. aduerte ꝙ ibi oim̃ vicẽ ge-
Uice oĩꝫ reclinatur in pectore xp̄i Johannes. rit: oim̃ apoſtolorũ interceſſor: qꝛ
pre ceteris ſolus chriſtũ auſus eſt
rogare: vt ei diceret. Quis eum eſ
ſet traditurꝰ: ne ſuſpẽſio ceteros
trucidaret. Ut aũt ſcias qualiter
Johãnes oim̃ vicem tenuit in pe-
ctore Chriſti aduerte, ꝙ pontifex
Exodi. 28. intraturus tabernaculum. 12. lapi
des habebat in pectore rationa-
li inſertos: i quibꝰ (vt ait Grego.)
28. li. mo. c. 9. Signabantur. 12.
apl̃i, q̊s ieſus nr̃ dũ eẽt ſacrificiuꝫ
oblaturꝰ i cruce habere debuit, q̈
ſi i ornamẽtum. Hos primo elegit
pretioſiores: quorum vice oĩꝫ habet

Chriſtus in pectore Johãnem: q̄
oĩm prerogatiuas in eo adunarat
Nã ſicut illi. 12. lapides tenebãt
locum. 12 tribuũ iſrael: ſic Johan-
nes qui eſt ſuper abundans in oĩ
gratia: (ſicut nũerus duodenariꝰ)
tenuit locum ⁊ figuram oĩm ſaluã-
dorũ. Hoc apoſtolo velut iocali
precioſoq; lapide voluit chriſtus
ornare pectora ſua: ⁊ illum hono-
rãdo portare. Nec mirum ſi tenet
omnium figuram in pectore chri-
ſti: qui iuxta crucem habuit totius
eccleſie typum. Dum ergo habet
chriſtus in pectore ſuo Johãnem
vnum videtur habere pro omnibꝰ
vt ſcias ꝙ oĩs nos ſuo deferebat
corde, qui pro omnibus ſatis face
re vadit. dum finitur prelium dat
ei matrem ſuam tanꝗ̃ omnibꝰ in
eo preſtans eam. Nec mirum fra
tres ꝙ iſte apoſtolus omniũ agat
perſonam, quia in eo amor proxi-
morum ita viguit, vt ei ſoli totius
eccleſie reueletur ſucceſſus: vt pa-
tet in Apocalipſi: quia vir deſide-
riorum erat cõmunis: qui tantum
aĩas diligebat, vt in legenda eius
dicatur, ꝙ iam ſenex aſcẽdit equũ
vt poſſit currere poſt quẽdam iu-
uenem principem latronum ad cõ
uertendum eum etiam renitentem
Iſte plures animas lucratus eſt:
quia plures conuertit. tanꝗ̃ ne-
ceſſarius populo ſeruatur ampliꝰ
in vita Chriſtianorum pater.

Plus dat deus ꝗ̃ petis. ¶ Quid referam de te apoſtole
beatiſſime. niſi ꝙ habes reclinatꝰ
in pectore Chriſti pluſꝗ̃ petieras
ab eo. non dedit tibi ad dexteram
vel ſiniſtram ſedere: tamen cõceſ-
ſit vt in medio pectore poſſis recũ
bere. Superabundanter igitur cõ
donaris. tu ipſe neſcires tantum
petere: ſed ſpiritꝰ chriſti qui amor
eius eſt. poſtulauit pro te gemiti-
bus inenarrabilibus: donec velut
infans ſuper matrem ſuam retri-
buatur tibi in anima tua qđ igno
rabas. Nam nec ipſa mater dei au
deret talem reclinationem petere.
O mi deus qui ſemper tribuis nõ
ſolum vltra meritum noſtrum. ſed
etiam vltra deſiderium: Quis mũ-
danas concupiſcentias quas pe-
timus non impleas: miſericordi-
ter nobis meliora deſtinaturus.
quim ⁊ petita deſideria non audi-
re, miſericordia eſt. non cures iam
O tu mi Johãnes de dextera vel
ſiniſtra menſe xp̄i, ſed recumbe ta
li preſepio in medio pectoris dñi
tui, quia ibi in medio conſiſtit vir
tus tua ⁊ omnium ſaluandorum, Ps. 125
nam ſinum ſuum qui metet Chri-
ſtus implet, ⁊ manipulos ſancto-
rum colligit collocandos ibi. In
angelorum ⁊ hominum preſepio
pleniſſimo reclinaris: vt ampliori
fruitione replearis.

¶ Ultimo noſter Johannes recli
natur in preſepio doctorum, quod Scriptura
eſt ſacra pagina: vbi multipliciter eſt preſepe
figuratur, eam igitur implet recli- doctoruz
natus in ea. Sed ne vos detineã melius Jo
me ad Johãnem conuerto, vt pa- hannis.
riter grana eius ruminare valeam
vel numerare. O tu mi Johannes
aquila que nobis medullam cedri
attuliſti verbum nudum. Tu es
beniamin tenere dilectus a patre
amantiſſimus domini inter hume
ros illius requieſcens. tu cubicu- Gene. 2. d.
lo paradiſi vt alter adam dormire
viſus es, meliori potitus ceruicali
ꝗ̃ ſeraphim letantes in cubilibus 4. re. 20.
glorie ſue. Tu es Ezechias in pa-
ce ſepultus abſq; terrore aut bel-
lo. tu filio dei ſimilior es quartus Danie. 2.
in fornace ſancti euãgeliĳ. Tu gra-
tiarum plenã habes faciem vt al-
ter aſſuerus, quia nomine ⁊ re gra Heſter. iĳ. d
tia es plenus pre filiĳs hominum,
in quo matrem gratie Mariam cõ
templor. Tu caſtior Joſeph, qui et Gen. 39.
ſi curam ſepeliẽdi patrem habuit:
ipſe habuiſti curã ſepeliendi chri-
ſtum. Tu luminoſior ſole: quia ſol
euangeliĳ meruiſti per Dionyſiuz
vocari. Tu es Moyſes aſſum-
ptus ab



ptus ab aquis ex cana galilee. Tu
es niue candidior in virginitate
virginiſq; cuſtos. Tu es ouis Na Dionyſius
thã pphete de calice xp̄i bibens: Johã. 2. a
⁊ de pane eius in cena edẽs q̃ erat 2. reg. 12. b.
illi ſicut filia ĩ ſinu eiꝰ dormiẽs Tu
petre xp̄o recubans dormis vt Ja Gen. 28. c.
cob videns ſcalam crucis: nunc p
gratiam ⁊ in futuro reclinandus
in preſepio glorie: quam michi et
vobis preſtet ieſus amen. Habes
chariſſime cõcionator ſermonem.
quẽ ſi tibi videbitur: ſic poteris ſe
care: vt in prima ſectione oſtẽdas
qualiter xp̄s reclinauit Johãnem
in preſepio pectoris ſui: et in ſecũ
da qualiter viceuerſa Johãnes eũ
ſpiritualiter in ſuo pectore reclina
uerit per multiplicez amorem. Ei
eñ fecit in ſe reclinatoriũ aureum
⁊ cetera q̃ ſupra tetigimus. Uel ſi
hoc nõ placet fac multiplex preſe
piũ: ⁊ in quolibet poteris reclina-
re Johãnẽ. pater eũ reclinet in pſe
pio deitatis ſue: vt panez vite nu
dũ ſciat. filiꝰ eũ reclinet in pſepio
crucis: vbi ipſe comedit. Spiritus
ſanctꝰ in preſepio ſcripture quam
ei tribuimus. Maria etiã eũ recli-
net in vginitatis preſepio. Immo
ipſa eſt preſepe dei: quã Johãnes
accepit in ſuã vt reclinet in ea ve-
luti filius ſup matrẽ ſuã. Uale q̄
ſupra eſt tibi materia pro imagi-
natione ornanda.

¶ De ſanctis Innocentibꝰ. Ser-
mo vndecimus.

¶ Aſtutus videns malũ abſcõdi-
tus eſt: paruuli tranſeuntes ſuſti-
nuerunt ſtipendia. puer. 27. b.

Inuocatio. ¶ Inuocatio vbi oſtẽditur ꝙ mul
ctata eua fit Maria ſapientior.

Cauta eſt maria. P Recipua rõ ob quã
omnia etiã mala bo
nis cooperant in bo
nuz eſt q̄ ea ſemper
habent pre oculis vt
caueant a ſimilibus:
ne faciant ea: quãobrẽ cõiter di-
cimꝰ. felix quẽ faciũt aliena pricu Poeta.
la cautũ. Nã ⁊ paſſeribꝰ agri hoc
ab ipſa natura idictũ eſt ⁊ monitũ
vt alter caueat ⁊ fugiat laqueũ in
quo alter pedẽ ſuũ offendit. immo
⁊ iumentis inſipientibꝰ hoc patet
clariſſime documẽtũ: qñ rugitus
vnius. cetera monet ad fugã. Uti-
naz ſic homines facerent: vt pena
vnius eſſet monitio alterius: quia
ſic hõ manꝰ ſuas lauaret ĩ ſangui Ps. 57. b.
ne pctõris. ⁊ illi ad lotionẽ mundi
tie proderit: quod alterũ coinqui-
nauit. Hoc naturali cõſilio melio
rũ chariſmatum vſa eſt beata vir-
go maria: qñ ei Gabriel angelus
attulit nuncium celeſte: ⁊ totiꝰ tri-
nitatis archanũ: vbi dei genitrix
mox futura hoc intra ſe repperit
conſiliũ: vt prime mulieris nego-
tiũ ad mẽtẽ reuocet. Naq; ppter-
ea dicit thema: ꝙ videns malũ. ſ.
illud ad Euã dictum. Eritis ſicut Gene. 3. a.
dĳ ſciẽtes bonũ ⁊ malum. Ne igit
ſimiliter ipſa poſſet illudi hac ma
xima promiſſione maternitatis di
uine: quam angelus ei polliceba-
tur: abſcondit ſe in ſua humilitate
profunda, ſciens Eue periculum
proueniſſe ex nimio auſu temera-
rio: quo cepit ſine vlla examiatiõe
ſerpentem alloqui. Maria autem
non ſic. Sed prudenter ⁊ ſpatioſe Luce. I. c.
cogitabat: qualis eſſet ſalutatio ſi
bi pp̄oſita: ⁊ iterea meliꝰ ꝗ̃ Saul
abſcondit ſe: ne rex fieret: deus ta
men qui abſconditos in ſua humi
litate manifeſtat: dixit de Saule.
In regem electo. Ecce domi latet I. re. 10. d.
⁊ ſic videtur per os angelicum aſ-
ſeruiſſe đ Maria dicens. Ecce in Luce. I. d.
vtero concipies ⁊ paries filiuz: cui
dabit deꝰ ſedem dauid patris eiꝰ
⁊ regnabit in domo Jacob ineter
nũ. quaſi diceret ei. Quis te in hu-
militate abſcondis in reginam re-
gni filĳ tui electa es. qñ ſtipẽdia
humilitatis tue aperregni. Nos
igitur fratres ſimꝰ paruuli ad m-

riam genibus flexis tranſeuntes:
qm̄ id quod per humilitatem obti
nuit humilibus ipartietur: ſi ei of-
feramus Aue Maria.
¶ Argumentum vbi oſtenditur ꝙ
Chriſtus more noſtro vixit.
¶ Non ſatis fuit deo humanã ⁊
ſeruilem ſumere hominis formam
ſed eiꝰ more voluit vitam ducere.
Job.13.d. Nos em̄ hoĩz eſt: vt ait Job: nū-
Inquietu- ꝗ̄ in eodẽ ſtatu permanere: qm̄ ſe
do noſtra. ptem tẽpora mutantur ſuper nos.
Similes enim ſumꝰ mobilioribꝰ
ſignis: que ponuntur ſuper tecta:
que omni vento circunferuntur: et
oĩ aere currũt: pſperitas et aduer
ſitas nos in ludũ pile adducũt: il-
ludẽtes nos corã mũdo oĩ tpe: vt
de penis innocẽtũ rideat exiſten-
Plinius. tiũ i ꝯtinuo motu. qui etiã aliquid
pdeſt. Nã ſi vt ait Pli. Jþm ma
re corrũperetur: ſi non eſſet in eo
motus frequens: ꝗ̄to amplius pu
treſceret vita noſtra ſine motu eã
exercente? Jã ergo aduerte: ꝙ nec
ab hac mutabilitate ſe deus factꝰ
homo eximere voluit. Nũc em̄ ce
lo terraqꝫ celebrãte colimus eiꝰ
feſtiuã oĩbus natiuitatẽ: que no-
cte peracta eſt ⁊ ſuſcepta: vt cele-
brius fieret: claritas em̄ dei circũ
fulſit nocte illam: ⁊ vt aiũt angeli:
Luce.2.b. Gaudiũ fuit oĩ populo mirabilia
cernenti: ⁊ extollenti q̄ dicta erant
a paſtoribꝰ ad ipſos: quoniam ne
mo natus eſt qualis Enoch: q̄ in-
terþtat dedicatꝰ: ⁊ eſt xp̄s hõ deo
Eccli.49. vnitꝰ. ⁊ altiſſia dedicatiõe ꝯſecra
tus ope ſpũs ſcti: q̄ eũ ab eterno
dedicauit i ꝯceptiõe: ⁊ ei oĩa dedi
cauit in natiuitate: qm̄ eũ ꝯſtituit
Hebre.1.a. heredem vniuerſorũ. Sꝫ flebiles
heu meſtos placet nunc inire mo-
dos. infans Jeſus que noſtra ſunt
ſentit nobiſcuꝫ: qui a ſummo celo
Narratio currẽdo venerat: ecce iã fugã mo-
littere. lif: ecce q̄liter abire vult: qđ ⁊ ma-
ter eccl'ia ſentiẽs ſe nigris induit
veſtimẽtis quaſi vidua ⁊ orbata:
nec mirũ: q2 ꝯtemplat: qualiter me
dia nocte angelꝰ apparet Joſeph
(triſti vt arbitror vultu) dicẽs. Vi Math.2.b
gila: exurge, optie vir noli dormi-
re, qm̄ periculũ inſtat infanti: naꝫ
herodes querit eũ perdere. tu aũt
nõ ad ꝓpria ſed ad extera fuge lo
ca egypti cuꝫ infante. Commota
ſunt viſcera marie: q̄ pauide exci-
tat eum quẽ angeli fecerãt dormi-
re, ⁊ ignorã arripit viã. Ecce autẽ
caterua militũ ꝓpinqua loca ſcru
tat . occidẽs oẽs pueros: cogitãs
inter eos xp̄m interimere. De quo
ait thema. Aſtutus. ſ. puer ⁊ inge
nioſus videns hoc malũ herodis
Abſcõdit ſe fugiens in egyptũ: et
paruuli innocentes tranſeũtes de
vtero trãſlati ad tumulũ ſuſtinue
rũt diſpẽdia. Juxta biptitũ them̄.
Due ſermoni partes erũt. Jn þma
quomodo abſconditur deꝰ. Jn ſe Diuiſio.
cũda de trãſitu pueroꝝ innocẽtiũ
Nec em̄ duo tractant i euãgelio.
¶ Si volumꝰ cũ beata virgine þ- Scđa pa
ſentia preteritis cõferre aliũ inue
niemꝰ herodẽ qui ab antiquo pſe
cutus eſt puerũ Jeſuꝫ. Nec em̄ ob
aliam rationẽ dr̄ xp̄s agnus occi
ſus ab origine mũdi: niſi ꝙ ab ini
cio ⁊ exordio fuit xp̄s moleſtatus
p herodẽ qui qm̄ multi ſunt hero- Demon ⁊
des plures hñt interpretationes. herodes.
Pria aũt mõs arrogãtie dr̄ i qua
lucifer deſignat: q̄ eſt rex ſup oĩs Job.41.
filios ſupbie. Mõs iſtiꝰ herodis
eſt mons aquilonaris: vbi pluuia
ſolet inũdare. tẽpeſtate plena at-
qꝫ frigida. vbi pſecutio deſignat:
nã aq̄ mlte nitunt extiguere chari
tatẽ. aq̄ inꝗ̄ frigide ⁊ imũde. Sic
ergo demonis pſecutio etiã dei fi-
liũ niſa eſt necare q̄ eſt xp̄a nr̄a cha
ritas: quã extinguere nũꝗ̄ potuit
herodes. etiã ſi ab initio p ſeipſuꝫ
ceperit: qđ nũc p mẽbrũ ſuũ demõ
vult pficere. Cepit demon in celo:
qđ nunc vult in terra pagere. Sed
xp̄s videns malũ ſuũ abſcondit ſe
ſub noſtra hũilitate ad maiorẽ glo
riam. Ubi aduerte ꝙ vir preliator



aſtutus ⁊ fagax: nunꝗ̄ fugit nec ſe
Jnnocẽtes abſcondit : niſi pro maiori glo-
ſunt pueri ria: vt melius. ſcilicet vincat redi-
ramorum. ens ſuper hoſtem ſuũ. ſic fecit chri
ſtus dñica in paſſione quando ab
ſcõdit ſe: ⁊ exiuit de templo: poſt
dies octo reuerſus eſt cuꝫ magna
Mat.21.a. gloria: vbi pueri hebreorum car
men diuinum cantauerunt ei. qui
horum innocentiuꝫ figuram tene-
bant. Quis altius cantant iſti: qui
nõ loquendo ſed moriendo con-
feſſi ſunt chriſtum. Jam ergo de-
mon in celo ab origine mundi im
pedire voluit regnũ chriſti: quem
preuidit regnaturũ etiã ſuper an-
gelos. Sed filius dei abſcondit ſe
ſub noſtra hũilitate ⁊ humanita-
te: vt arrogantiam fortium humili
aret . et ſic illuſit illuſorem. Nec
em̄ maior alapa demoni poteſt da
riꝗ̄ humilitas : in qua ſe protexit
Chriſtus a turbine demonis. Jn
hac ſe abſcõdit filius dei quoniaꝫ
Eſa.53.a. propheta dicit. Quaſi abſcondi-
tus vultus eius: ⁊ deſpectus vn-
de nec reputauimꝰ eũ. Vultus pa
tris eterni filius eius eſt ſplendor
glorie. et figura ſubſtantie eius.
Hic abſconditus eſt per incarna-
tionem: ſed deſpectus dicitur per
humilitatem. vbi nec reputatꝰ eſt
nec a demone cognitus ſicut nec
ab herode: cui demon inſedebat:
vt chriſtuꝫ perſequeretur: quoniã
Leo eſt xp̄s quod demon non potuit in celo p
abſcõditus ſe: facit in terra per ſuos. Chriſtꝰ
aũt qui ⁊ illudit deluſores. etiaꝫ a
pueritia ſua vſus eſt aſtutia leo-
nis: de quo dr̄: ꝙ qm̄ fugit propria
cauda cecat veſtigia ſua. vt nemo
ſciat ſe fugiſſe. nec eũ ſequat quiſ-
piam. ſic fecit filius dei qui poſtꝗ̄
ſe abſcõdit in nr̄a humanitate: cũ
cauda humilitatis ſue cooperuit
atqꝫ deleuit ſua veſtigia: vt nemo
apprehenderet fugam eius: Quis
herodes arbitratus eſt Chriſtum
fugere non poſſe. Nam dictũ erat
ei. ꝙ ex non minima bethleẽ dux
magnus iſrael eſſet egreſſurus.
Si ergo ducis magnitudo magni
ficare debuit ciuitatem ortus ſui:
qualiter iquit poterit fugere: qđ
omnium voce debet laudari? Chri
ſtus autem veniens in bethleem
abijt ad diuerſoriuꝫ: quod eſt cau
da humilitatis ſue. qua viam dele
uit. Quis enim diceret: ꝙ tantum
ſe humiliaret qui tam potenter in
greſſus eſt mundum. vt alter pro-
pheta dicat. Tange montes. ideſt
reges magos: et fumigabunt cuꝫ Mic.43.a.
thure venientes? Qui ergo reges
ſue natiuitatis fecit þcones: quis
eum crederet in diuerſorio naſci-
turum? Sed hoc elegit noſter co-
ronatus leo: vt cauda humilita-
tis veſtigia ſua deleret: ne hero-
des ea inueniret. immo et ampliꝰ
abſconditur a matre ſua: quando
in preſepio collocatur: queadmo-
dum Moyſes abſconditus eſt a Exod.2.a.
matre ſua in fiſcella: vt ibi latere
poſſet. Nõ tamen latuit filie pha
raonis: que eum adoptauit in fi-
lium. fidelis anima que chriſtum
ſuſcepit humiliter: qui ab humili-
bus inuenitur. Nulla tamen ſuffi-
cit hũc alere ſine maria matre ſua
que ideo dicitur genitrice ſue ele-
cta. Jgitur ſicut Moyſes non eſt
nutritꝰ. ſed ſuſceptus a filia pha-
raonis. ſed ipſa eum tradidit ma-
tri proprie: ſic puer iſte tradendꝰ
eſt gratie dei: que dicitur omniuꝫ
nutrix. Nunc helias abſconditur figura pre-
in torrente charith: quod interpre ſepis xp̄i.
tatur confeſſio: et eſt vacuitas pre
ſepis vbi deus dominus ponitur: 3.reg.27.a.
ſic enim interpretatur helias. qui
eſt chriſtus dominus meus: ⁊ deꝰ
meus. vbi etiam ab auibus cogno
ſcitur: que paſcunt eum: quoniam
chriſtꝰ in preſepio ab angelis co-
gnitus eſt et ei laudes deferunt:
vt paſcat: donec pluat gr̄aꝫ. ⁊ mũ
dũ paſcat doctrina ſua. Jgit puer
iſte non tantũ abſconditur: quin
a predilectis ſuis valeat agnoſci.

q̄m per manus marie abſconditur
que amicis cū manifeſtat: vt figu
ratur in libro regū: vbi Joſaba fi-
lia regis furata eſt Joas filiuꝫ re
4.re.11.d. gis de medio filiorum regis: qui
interficiebantur ab athalia que ſe
ptem annis regnauit. Joſaba inter
pretatur ſacietas dn̄i: et eſt maria
dn̄m ſuum ſatians vberibus ſuis:
de quibus dicitur. Ubera eius ine
brient te omni tēpore. Nos deum
Puer.5.d. famelicum tenemus: maria autem
optime paſtū. Maria ergo furata
eſt filium dei ꝛ in preſepio abſcō-
dit eū: dū athalia que eſt herodis
ſeuitia regnauit ſcilicet ſeptem an
nis: dū fuit xp̄s i egypto. Ceteri fi
lij regis ſunt interfecti ab ahtalia
omne ſemen regiū: quia innocen-
tes occidit nō aūt minimū Jeſuꝫ:
quia ꝓpter charitateꝫ exinaniuit
ſemetipſuꝫ. ꝛ ſic figuratur in Joas
qui fuit minimus filius regis: et
interpretatur ignitꝰ. ſcilicet amo-
re: ꝛ eſt minimus humilitate. Ma
ria ergo de manu herodis filium
dei eripuit. quod Johānes cōtem
platus eſt in viſione dicēs in Apo
Apoc.12.a calpſi. Uiſum eſt aliud ſignū in ce
Figura in- lo. Ecce draco magnus rufus ha-
nocentiuꝫ. bens capita ſeptē: ꝛ cornua decem
ꝛ in capitibꝰ ſuis ſeptē dyadema-
ta: ꝛ cauda eius trahebat tertiam
partem ſtellaꝝ celi: et miſit eas in
terram. ꝛ draco ſtetit ante mulierē
que erat paritura: vt cū peperiſſet
filium eius deuoraret. ꝛ peperit fi
lium maſculum: qui erat recturus
gentes in virga ferrea: ꝛ raptꝰ eſt
filius eius ad deum: ꝛ ad thronuꝫ
eius. et mulier fugit in ſolitudinē
Draco eſt herodes qr ſic interpre
tatur: in eo eſt demon ſicut in ſer-
pente callidiori. qui etiā fuit in ce
lo a quo cecidit cum herodianis ꝛ
ſatellitibus ſuis. De hoc dracone
ſcriptum eſt. Draco iſte quem for
Ps.103. maſti ad illudendum ei. Nam vi-
Math.2.a dēs herodes ꝙ illuſus eſſet a ma-
gis: parat necē pueris: a quibus

etiam illuſus eſt: quoniā nec rep-
perit xp̄ꝫ inter eos: ꝛ eos quos pu
tat trucidare coronat: quoniā ma
li putātes ſe cathenas texere ꝯtra
bonos: coronas fabricant: quibꝰ
omne illud ſeruit ad p̄miū: quod
parabatur ad fraudeꝫ. et ſic demō
et ſui formati ſunt ad illudendum
eis. Nā ſi habet herodes dyade-
mata: arbitrans ea tutare perdit:
quia ꝓpterea ꝙ occidit īfantēs in
ter eos occidit filium ſuū: ꝛ a cete-
ris filijs ſuis occiſus eſt. Cornua
eius ſunt ſatellites ſui. ꝛ ſeptē ca
pita dr̄ habere: q̄m plurimi ſenſus
Multe cogitationes. diuerſe frau
des conturbabāt eum: ꝛ ſic diuiſꝰ
erat: ꝛ in tot fruſtra conciſus: atqꝫ
in tot partes: quibus media inqui
rebat: vt xp̄m extingueret. Cauda
eius eſt ꝑtinatia cordis ſui. Nam
Gregorius. ſi teſte Gregorio. Cauda ſacrificij
eſt perſeuerantia in bono: ſic econ
uerſo. Cauda maloꝝ eſt pertina-
tia peruerſi operis. Cauda ergo
ſua demon tertiā partem angeloꝝ
traxit in terram. et ſic in celo eccle
ſie putauit fieri: dum pueros opti
mam partem chriſti necare iubet
in tāto numero. Sed clemētia ſal
uatoris deluſit eum: et hac ſecun-
da prauitate demōis reparat xp̄s
primam quam prius fecerat in ce
lo. Nam ex iſtis pueris impleuit
ruinas angelorum: que vt ait qui-
dam de ſolis virginibꝰ adiplēde 1.cor.3.
ſunt. Ecce igit̄ fratres quomodo
ingenioſus Jeſus comprehendit
ſapientes in aſtutia ſua: quan-
do ex ſecundo malo demonis re-
parat primum: et dirigit in reme
dium: quod moliebatur in dan-
num. tamen draco nō deſiſtit ſed
ſtat contra mulierem mariam: vt
deuoret filium eius: ne ampliꝰ vi-
ueret: de quo maria conqueritur 2.reg.12.
dicēs. Querunt extinguere ſcintil
lam meam: que relicta eſt. Nam
poſtq̄ demon et herodes non po-
tuerunt chriſtum perdere: dicitur



in eodeꝫ capitulo Apocalipſis: ꝙ
Apoc.12.d draco ex ore ſuo miſit poſt mulie-
rē aquā. ſ. perſecutionis tanq̄ flu-
men: vt eam faceret trahi a flumi-
ne. Forſitā demō per necē tot pue-
roꝝ putauit in clemētiā trahi ma-
trē dei: vt daret filium ſuū: quate-
nus ceſſaret caſſatio: que ꝓpter eū
Jone.1.c. orta fuerat. Sic em̄ ꝛ beatū Jonā
ꝓphetā feciſſe legimus: qui vidēs
ceteros ꝓpter ſe puniri maxima tē
peſtate. dixit. Propter me orta eſt
tēpeſtas: me i mare ꝓijcite: ꝛ ceſ-
ſabit vos vexare. Sic ꝛ dauid vi-
dens peſtem ꝓpter ſe inductā cō-
tra populuꝫ. dixit deo: ſe illaꝫ pla
2.re.24.c gā meruiſſe. ſic forte cogitauit de-
mon aut herodes facturā dei ge-
nitriceꝫ offerēs filiū gladio: ne tot
ꝑirēt cauſa ſui. Et vt hoc faceret
nō ſolū flumē perſecutiōis. ſꝫ ſan-
guinis innocētis miſit demō poſt
ꝑiſſimā matrem dei. Ad hoc dici-
mus ꝙ ꝓpterea iuſſit deus: vt mu
lier fugeret i ſolitudinē deſerti at
qꝫ egypti: vt neſciret tantū maluꝫ.
Unde puer iſte ꝛ ſe et matreꝫ ſuā
abſcondit. ne videret trucul ētā ra
biem herodis: q̄ non minꝰ crucia-
bat pueꝝ Jeſum q̄ ceteros. Nam
eis ꝯpatiebatur Jeſus: et ob hoc
tali vſus eſt cōſilio: vt eos patri
offerret velut manu ꝓpria queād-
Gene.8.d. modū fecit Noe recenter de arca
egrediens: q̄n de aīalibus mūdis
obtulit gratiſſimū ſacrificium deo
ſic Jeſus recēter de arca vteri ma-
Sacrificiū rie egreſſus de mundiſſimis pue-
pueri Jeſu. ris innocentibus obtulit patri no
uum ſacrificiū: ꝛ ꝓpterea dicit pro
pheta. Nō eſſe malum in ciuitate
Amos.3.b quod xp̄s non fecit: q̄m ip̄e mortē
innocētiū acceptauit: ac ſi eos ma
nu ꝓpria collegiſſet flores p̄mos
horti eccleſie patri preſentandos.
Nec miremini ꝙ puer Jeſus vir-
ga ferrea incipiat regere gentes
pueriles: quas necare permittit: vt
poſtea virgā aureā ꝛ ceptrum glo
rie extendat eis in ſinū clementie.

q̄m ipſe dixit. Percutiam ꝛ ego ſa Deute.32.
nabo: ego viuere faciā meliori vi- f.
ta: quos propter me mori permiſi
Hec quo ad primam partem.
¶ Nunc de ſcd̄a parte noſtri the-
matis videamꝰ. ſ. quomodo par- Scd̄a ps.
uuli innocentes tranſeuntes ſuſti
nuerūt diſpēdia: ꝛ ſtipendia. vtrū
qꝫ em̄ legimꝰ: qr textꝰ in diuerſis
biblijs. vtrūqꝫ dicit. ſ. diſpendia:
laboꝝ videlicet: ꝛ ſtipendia p̄mio
rum. De tranſitu ergo infantium
prius videamꝰ: qui primo tranſie
runt in affectū cordis xp̄i: ac ſi in
eius viſcera eſſent tranſformati.
Per trāſitū amoris ad alia patet Chriſtus a
acceſſus. De hoc primo tranſitu mat innocē
quo amans tranſit in amatū ipſe tes.
xp̄s dat teſtimoniū: qui quoſcūqꝫ
paruulos videbat amplexabatur
ac ſi videret innocētes ſuos: ꝛ di-
cebat. Sinite paruulos venire ad Mat.19.a
me: taliū eſt em̄ regnū celoꝝ. reco-
lēs ergo xp̄s in alijs pueris inno-
centes ſuos iuſſit ne quis eos pro
hibeat ad ſe tāq̄ ad ducē premia-
torem venire. vt fecit Armacanus Armacanꝰ
minus catholice de eis ſentiens.
O dn̄e Jeſu quis dicere valeat q̄
in corde tuo erāt iſti paruuli q̄qꝫ 1.mach.2.
factus es cū pueris puer: hos am
plus diligens: vt alter Alexander Alexander
Qr tecū erant a iuuentute tua nu-
triti in laboribus tuis. Nimiū ſo-
let puer princeps pueros ſuos no
biles diligere: qr ſilitudo nimium
facit ad dilectionem: maxime ſi ꝛ
moribus inſit. Tantū ergo trāſie-
runt in affectū cordis Jeſu: vt ip̄e
vellet eos liberi arbitrij vſu p̄ue-
nire (vt aiunt) quemadmoduꝫ Jo Dignitas i
hannes in vtero preuentꝰ eſt. Nā nocētium.
ex ſignis videbātur: ꝙ cupiebant
diſſolui: ꝛ eſſe cū xp̄o: q̄m matres
coꝝ in ſubterraneis locis eos ab-
ſcondētes ꝛ lactantes ac fouētes
eos nō poterant eis placationem
inducere: quin vagitibus ſeipſos
ꝑderent: ac ſi aīo eſſent fortes ad
martyriū ſuſtinēdū ꝓ puero Jeſu:

vnde eis applicat cyprian⁹ illud
Ps 18. Ps. Ex oꝛe infantiū ⁊ lactentiū ꝑ-
fecisti laudē. Afferēs nō min⁹ gra
tū chꝛisto vagitū fuiſſe puerozum
istoꝝ ꝙ̄ fuit ꝯcentus angeloꝝ ca-
Luce.2.b.l. nētiū. Gloꝛia i excelſis deo. Hos
ergo fecit nūcios ad limbuꝫ: ſicut
angelos ad paſtoꝛes: ⁊ ſtellam ad
magos. ſcōm theologos oē meri-
tum noſtrū in diuina acceptatio-
ne conſiſtit. Cum ergo teſte cypꝛi.
Cypꝛianus moꝛtem debitā in adaꝫ: ⁊ quicq̄d
paſſi ſunt deus in ſeruitium acce-
pit: ⁊ in gloꝛie meritum. optime li-
quet hos pꝛothomartyꝛes foꝛe et
maxime dignitatis exiſtere apud
deum. nec ſolum regni cōſoꝛtes vt
ceteri ſancti: ſed teſte Cypꝛiano.
ſuperni capitolij ſenatoꝛes ⁊ iu-
dices: nōnullis veniā obtinentes
im meritis: aſſiſtuntqꝫ miſerationi
bus: ⁊ vltionib⁹ diuis. Hij ergo
poꝛtāt in coꝛpoꝛe crucē. quā xp̄s
Job.31. b. ab vtero matris poꝛtaabat in coꝛ
de. Nam crux ⁊ miſeratio ab vte-
ro mr̄is ſue (vt ait Sapiēs) egreſ
ſa eſt ſecum: quā cum iuuāt baiu-
lare innocētes. Ideoqꝫ dicunt̄ vt
pueri alexandri ſecū a iuuentute
nutriti. Unde vt ait Bernardus.
Bernard⁹. Stephan⁹ eſt martyꝛ not⁹ hoīb⁹:
Johānes euāgeliſta ē martyꝛ no-
tus angelis: ſed innocentes ſunt
martyꝛes noti deo ſoli: qꝛ nec ho-
mo nec angelus in eis cauſam iue
nit ſꝫ deus: qua ꝓpter dicūtur cuꝫ
eo nutriti. Herodes et xp̄s ſe op-
poſitos habuerūt: ⁊ quaſi cōtradi
ctoꝛio modo: qꝛ ꝗ̄tū alter ſeuit in
nocendo: tm̄ alter pꝛofuit in retri
buendo. Uidete ſeuitiā maligni:
qm̄ aſſolet ꝑcere multitudini etiā
peccatrici: ne tot pereāt: nūc auteꝫ
herodes inoxie ⁊ ſctē multitudini
pueroꝝ nō pepercit: cū ⁊ in bellis
ſancitū ſit: atqꝫ decretū romanum
Ne q̄s puerū in bello interficiat:
iſte aūt herodes in pace oēs truci
dat ꝓpter xp̄m qui qꝛ ſol⁹ q̄rebat̄
in quolibet hoꝝ ſe eſtimauit occi

ſum. In ceteris martyꝛibus puta-
bāt toꝛtoꝛes extinguere fidē xp̄i:
⁊ in quolibet hoꝝ ꝓpꝛiam ꝑſonā
xp̄i necare volūt: ⁊ ꝓpterea xp̄s ſe
in quolibet infante velut ſculptū Apoc.14.
expꝛeſſit: atqꝫ depigit: vn̄ ꝓpter-
ea dr̄: ꝙ q̄libet eoꝝ hꝫ nomē xp̄i et
pr̄is ei⁹ ſcriptū in fronte O q̄s cō
tēplaret̄ hoc nomē ieſus in fronte
cuiuſlibꝫ ꝑuuli ſculptū ⁊ ſigillatū:
vn̄ ope dicūt. Dn̄i eſt aſſūptio nr̄a
⁊ ſcti iſrl̄ regis nr̄i. Tm̄ ergo tran
ſierūt in Jeſuꝫ: vt eū in fronte ſcri-
ptū habeāt. ¶ Si aūt d̄ eoꝝ trāſi-
tu ꝑticularius audire cupis: vide
Cypꝛi. dicētē. Pueri aſcēdentes ꝑ
oim v̄tutū grad⁹ ſine doctrine hu
mane exercitio cumulatā iuenere
menſurā: ita vt in oꝛdine ſctōꝝ. ꝓ
thomartyꝛes pꝛimū habeāt locuꝫ
⁊ ſecretoꝝ ꝯſcij diuinoꝝ ꝓpinqui-
tate familiariſſima: clementiā dei
ꝓ nr̄is exoꝛent laboꝛib⁹. Hec ille
tāgēs hoꝝ viā ⁊ terminū ⁊ officiū
⁊ pꝛemiū. via aūt fuit ꝑ oim v̄tutū
grad⁹ ſublimioꝛes: qꝛ pꝛimuꝫ hn̄t Math.5.
locū erga deū. hos gradus credo
eſſe octo beatitudinū: quas xp̄s i
mōte docuit: ꝑ quas ⁊ innocentes
trāſierunt: qꝛ ideo dicuntur ſtare Apoc.14.
ſupꝛa mōtē ſyō cū agno dei. Nec Ambroſius
miremini fratres de tā celeri trāſi ſuꝑ lucam.
tu ꝑuuloꝝ: qꝛ is eos ducebat: qui
tarda molimina neſcit. vt ſic vnuſ
quiſqꝫ eoꝝ cōſummatus in breui- Sapiē.4.
expleret tēpoꝛa multa. ¶ Pꝛima
btitudo ꝑ quā trāſierūt dr̄ pauper Paupꝑtas
tas ſpūs: quā habuerūt ſicut ⁊ vir ſpūs.
ginitatē: quēadmodū eni cum mu
lierib⁹ nō ſunt coīquinati: ita nec
cū diuitijs: que ab apl̄o dicuntur
ſtercoꝛa. Un̄ ad vnūquēqꝫ iſtoꝛuꝫ
facit illud ſapientis. Qui feſtinat Puer.28.
ditari non erit innocēs. O auari
qꝛ niſi conuerſi fueritis: et efficia- Mat.18.
mini ſicut pauuli innocentes non
intrabitis in regnū celoꝝ. ¶ Se-
cunda v̄tus qua trāſierunt eſt mā māſuetudo
ſuetudo: que in eis tanta fuit teſte
vbertino: vt arriderēt gladijs: nō



irati in hoſtes. ſꝫ manſueti vt agni
nouelli ſequentes agnum: de qui-
bus poteſt dici illud Eſaie. Non
Eſaie.11.a ſcōꝫ viſionē oculoꝝ iudicabit de⁹
nec ſcōm auditū auriū audiet ſed
iudicabit in iuſtitia pauperes: et
arguet in equitate pꝛo manſuetis
terre. Uidet̄ nobis nō tantuꝫ me-
ruiſſe iſtos innocētes quia audi-
tur ploꝛatus ⁊ vlulatus eoꝝ: de⁹
tn̄ nō iudicabit merita eoꝝ ſcōm
viſionē nec auditionem: ſed ſcōm
ſuā rationē. Arguere pꝛo eis equa
Auguſtin⁹ nimiter eſt (vt ait augu.) ſeuiciam
herodis ⁊ alios quoſcunqꝫ labo-
res enumerare ad pꝛofectū iſtoꝝ.
Fletus. ¶ Tertia virtus qua trāſierūt ad
celum fuit lachꝛymatio ⁊ fletus: q̄
in pueris abundare ſolent: ⁊ ideo
quando mundi ſunt pueri. ſatis li
quet ꝙ iſtius beatitudinis captio
res ſunt. Nec pueroꝝ ſanctoꝛūla
chꝛimas putes abſqꝫ merito: quo
niā et angelus motus eſt ad miſe
Gen.17.b. rendū pueri Iſmaelis: quando au
diuit vocē pueri pꝛoiectti ſub vna
arboꝛe: et xp̄s amplius motus eſt
iſtoꝝ lachꝛymis: quia ꝓiecti erāt
etiā ſub cruce ſua: quapꝛopter ait
Eccl̄s.4.a Chꝛiſtus. Uidi calumpnias que
ſub ſole gerūtur: et lachꝛymas in-
nocentium et neminem conſolato
reꝫ. Calūpnie herodis gerunt̄ ſub
ſole chꝛiſto: vt eum capiat: qui no
uiter in terra oꝛtus eſt: ⁊ cum hoī-
bus conuerſatus eſt. Tāta in hoꝝ
lachꝛymis erat compaſſio: et affe
ctio: ſiue occaſio flendi: ꝙ etiam
moꝛtui dicātur eos defleuiſſe: ita
vt moꝛtua Rachel non velit con
ſolari. Quia nullus erat conſola-
toꝛ: quēadmodum in alijs lachꝛy-
mis: iſti autē terreno carent conſo
latoꝛe: ⁊ matres eoꝝ nolunt conſo
lationem accipere vidētes pigno
ra ſua moꝛi. ¶ Alia v̄tus ſiue bea
Eſuries iu titudo: que homines beatos fa-
ſtitie. cit. eſt eſuries ⁊ ſitis iuſtitie: quā
⁊ habuerunt innocētes: ꝗ̄uis qui-
libet eoꝛum cōpletus in breui ex-

pleuit tempoꝛa multa. Et ſi pueri
eſuriant et ſiti ant lac: iſti qui gra-
tia pꝛeuenti ſuſpicantur: amplio-
ra ſitiunt: qꝛ cum butyꝛo et melle
ſciunt repꝛobare maluꝫ et eligere Eſaie.7.c.
bonū. Bona ꝓpoſita que ſunt ve
lud interioꝛes innocentes anime
noſtre nichil valent: niſi habeant
eſuriem et ſitim iuſtitie: pꝛopter
quam mittat deus ſaturitatem in
animas noſtras: quia ſoluꝫ eſuriē
tes implet bonis deus: qui autem
ſe putant iam ꝓfectos atqꝫ perfe
ctos de⁹ dimittit innanes. Uide
te igitur fratres: vt ſemꝑ arbitre-
mini eſſe vos paruulos coꝛā deo:
atqꝫ nouellos: qꝛ tales ꝓficiūt:
alij autē cum ſe putent perfectio-
res nichil ꝓficiūt: quia eis deficit
eſuries iuſtitie: que eſt velut ſti-
mulus ꝑfectionis nouiter cogens
incipere viam dei: quia ſcriptum
eſt. Sicut dies iuuentutis tue. ita Deut.33.d
et ſenectus tua. Quādo ergo xp̄s
naſcitur in nobis. habet inocētes
ſuos. ſ. bona pꝛoficiēdi pꝛopoſita
dominus tamen auertat herodeꝫ
inimicū omnis pꝛofectus. ¶ Alia Miſericoꝛ-
virt⁹ dicit̄ miſericoꝛdia. q̄ ab his dia.
pueris aliena non eſt: quoniā qui
libet eoꝛū dicit. Ab infantia mea Job.31.
creuit mecum miſeratio: et de vte
ro matris mee egreſſa eſt mecum.
Pꝛia miſericoꝛdia eſt illa de qua
ſap̄. ait. Miſerere aīe tue placēs Eccli.30.d
deo. vt iſti placerēt deo. diſplicue
rūt ſibi. In hac v̄tute etiā nūc vi
gēt qm̄ vt ait Cypꝛia. Hn̄t officiū Cypꝛianus
apud deū itercedēdi ꝓ nobis: tāꝙ̄
familiares deo atqꝫ cōiuncti: qꝛ ſe
cū ſunt in cubili gloꝛie. ¶ Sexta
btitudo dr̄ coꝛdis mūditia: ꝑ quā Munditia
⁊ trāſierūt ſcti inocētes mūdiſſimi coꝛdis.
coꝛde ⁊ coꝛꝑe. querit dauid. Quis
aſcēdet in mōtē dn̄i: vbi agn⁹ dei Ps.23.
ſtare viſus eſt? Et rn̄dit. ꝙ inno
cens manibus ⁊ mundo coꝛde: qꝛ
tales fuerunt ſancti innocentes:
qui multiplici munditia vigent.
non ſolū legali per circunciſionē:

ſed euãgelica per baptiſmum. nõ
ſoluꝫ flaminis ſed ſanguinis. qui
Cyprianꝰ. vt ait Cyprianus in iſtis incepit.
Et proptereca multum debent ce-
teri martyres iſtis: in quibus ince
ptus eſt melior baptiſmꝰ.
Pax. ¶ De ſeptima beatitudine ꝑ quã
tranſierunt dr. Beati pacifici quo
niã filij dei vocabuntur. Tante di
gnitatis eſt hec ỽtus: vt filios dei
⁊ gemellos xp̃i faciat ſectatores
ſuos innocentes. Nec mirũ ꝙ iſti
2. cor. 13. d dicantur filij dei ob pacẽ: qm̃ apo
ſtolus dicit. Habete pacem: ⁊ deꝰ
pacis erit vobiſcum. Nec ꝑſecuto
ris gladius paceꝫ pectoris nec pa
Luce. 2. b. cem xp̃i potuit ab iſtis tollere: ſi-
cut nec a dicẽtibꝰ. Gloria in excel
ſis deo: ⁊ in terra pax hominibus
bonevolũtatis. Nã ⁊ pax iſtoꝝ in
ter anguſtias conſeruatur: qm̃ de
Eſa. 33. b. iſtis dici poteſt. Angeli pacis a-
Ps. 119. mare flebunt. Ubi aduerte: ꝙ cuꝫ
his qui oderũt paceꝫ: erat pacificꝰ
quilibet iſtorum puerorum. ⁊ ſicut
agnꝰ in medio lupoꝝ. Ubi aduer
te: ꝙ altior pacis gradus eſt: quã
do tp̃e belli cuſtoditur: de qua di
2. theſ. 3. d. cit ap̃ls. Deꝰ pacis det vobis pa-
cẽ ſempiternã in omni loco. Hanc
paceꝫ nõ dedit eis xp̃s: quẽadmo-
Mat. 10. d dũ dat eã mundus: qr de munda-
na pace ait. Non veni pacẽ mitte-
re ſed gladium: recẽter venit xp̃s:
⁊ gladium cauſauit innocẽtibus:
ꝙuis angeli pacẽ cantauerint: qr
pax xp̃i fert gladiũ ſecure: quoniã
adiũctã habet patiẽtiã. Unde de
octaua beatitudine ſequitur.
Mat. 5. a. ¶ Beati qui perſecutionẽ patiun
Perſecu- tur ꝓpter iuſtitiã qm̃ ipſoꝝ eſt re-
tio propter gnum celoꝝ. In ſacra pagina xp̃s
xp̃m beati- dr iuſtitia iuxta ꝓphetã i perſona
ficat. dei dicentem. et iuſtitia orietur ſi-
Eſa. 45. b mul ego dñs creaui eum ⁊ hoc eſt
nomen qđ vocabũt eũ: dñs iuſtus
noſter. Eoꝝ amplıꝰ eſt xp̃s: quos
magis reddit iuſtos. eos autẽ iu-
ſtificat plus: qui amplius ꝓ eo pa
tiuntur ⁊ primo: vt i ſunt ſancti in
nocentes a primis cunabulis pro
Chriſto afflicti: non ſolũ lac miſcẽ
tes cum fletu ſed cũ ſanguine pro-
prio. O quis diceret: quomodo ef Ps. 78. a.
fuderunt ſanguinẽ innocentum in
circuitu: Hieruſalẽ: ⁊ nõ erat: qui
ſepeliret: qm̃ infantiũ matres vel
mortuis cupiebant frui pignoribꝰ
ſuis: et ad ora frigida mãmas ap
ponũt: tamẽ non erat vox neqꝫ ſen Luce. 19.
ſus. Propter iſtam crudelitateꝫ: ⁊
quia Hieruſalem nõ cognouit tẽ-
pus viſitationis ſue: poſtea vallo
circũdata eſt: donec matres filios
ſuos famelice deuorarẽt: ⁊ ſangui
nem biberent. Iſtoꝝ igitur eſt re-
gnũ celoꝝ: qui talem propter xp̃m Figura in
paſſi ſunt perſecutionẽ: quẽadmo centium.
duꝫ figuratur in libro Judicũ vbi
dr: ꝙ vt eligeretur in regem Abi-
melech occidit. 70. viros fratres
ſuper lapidem vnum: remanſit-
qꝫ horum fratre minimus ioathã:
et abſconditus eſt: poſtea autẽ re
uerſus ſtetit in vertice montis ga
rizim: ⁊ eleuata voce dixit mala q̃
ventura erant facientibus ⁊ con-
ſentiẽtibꝰ. Abimelech ipſe eſt he-
rodes: qm̃ ſicut ⁊ alter ex concubi
na ꝓgenitus eſt qr non legittime
ſuccedit in regnũ nec iudeus erat
ſed mixtꝰ. Iſte. 70. viros omnes
innocentes preſignãtes interfecit
quia ſeptuaginta eſt numerus vni
uerſitatis ꝑfecte: qualis erat vni-
uerſitas innocentiuum. qui occiſi
ſunt ſuper lapidem angularẽ xp̃m
quẽ nouiter pater emiſerat in ec-
cleſiam ſuã. ad quẽ herodes offen
dit pedem affectionis ſue. tamen
qr minimus erat tũc lapis ille nõ
vidit eũ: quia fugit in egyptum ⁊
abſconditus eſt: quando autẽ cre
uit reuerſus eſt ad vindictã male- 1. petr. 2.
factoꝝ laudem vero bonoꝝ inno
centium. Et vocatus eſt Joathan
et interpretatur ꝑfectus ⁊ ꝯſũma-
tus: et eſt xp̃s maxime quãdo ſte-
tit in vertice mõtis garizim: qui in
terpretatur mons benedictionuꝫ:
Ubi. ſ. predi-



Ubi. ſ. ꝑdicauit beatitudines q̈s
Mat. 5. a. dixim: et dixit. Beati pauperes
ſpũ benedicti mittes. ⁊c. Iſte ergo
eſt mons benedictionũ ad quẽ trã
ſierũt innocẽtes: quos volaſſe cre
deres ad om̃s benedictiones dñi:
qm̃ preuenit eos dñs in bñdictio
nibꝰ dulcedinis gratie ſue eas re-
ſume in calce ſermonis exclaman-
do. ⁊ adde. O beati agni nouelli:
Per oro. qm̃ vos eſtis agni immaculati pri
mi ſequaces, ⁊ ꝓpinquiores nunc
in celo. vos benedictione preuen-
ti candidi nazarei eius, qui naza
reus vocat, vt coronã floridã ex
vobis puer ꝯſtituat ſibi. O ſi ego
efficiar ſicut aliquis paruulꝰ iſto-
rũ: nã hoc ⁊ ipſe dauid optabat di
Ps. 130. cens. Sicut ablactatꝰ ſuꝑ matreꝫ
ſuã, ita retributio in aĩa mea. Suꝑ
matris brachia quilibet iſtoꝝ par
uulorum non parua accepit dona
Jure nãqꝫ dicuntur flores martirꝫ
qui vſqꝫ hodie redolent. et recẽter
nati fuerunt chriſti bonus odor,
in limbum primi anũciatores glo
rie inhabitantis terram noſtram
extiterũtqꝫ primitie pullulãtis ec
cleſie, ex quibus iuſſum fuerat in
lege ſacrificium offerre. nunc puer
Jeſus paruulos reſuitas offert pa
tri. Ex amore iſtorum remanſit in
ſitum cordi Jeſu, vt poſtea grãde
uior pueros vocet amplexandos,
iubeatqꝫ ne quis eos ad ſe venire
prohibeat. Utinaꝫ et vos fratres
mei vt alter conſtantinus ꝑ deuo
tionem lauemini ſanguine puero
rum iſtorum, qui magis valet con
tra peccatum, ꝙ ſanguis infan-
tiũ rome cõtra lepraꝫ. xp̃s ꝓpter
imperatoris pietatẽ erga pueros
pepercit ei, atqꝫ per ſuum vicariũ
a lepra mundauit. credo chriſtum
fuiſſe tunc memorẽ impietatis he
rodis trucidantis pueros, et pri-
ſtine clementie quam ipſe Jeſus
exhibuerat eis, q̃ tãta fuit vt etiã
ꝓpter eos nobis cõferat in ꝑſenti
grãꝫ ⁊ in futuro gl̃iã ꝙ michi. ⁊c.

¶ De epyphania dñi. Sermo. 12.
¶ Gloria dei eſt celare verbum, et
gloria regum inueſtigare ſermo-
nem. puer. 15. a.
¶ Inuocatio vbi oſtẽditur ꝙ filiꝰ
⁊ ſpũs ſctũs ſunt ſimiles exhibẽdo
gratiam per Mariam.

SEntentia triuialis
eſt apud Philoſo-
phos. ꝙ ſimilia in
natura, etiam ſimi-
lia ſunt in oꝑatiõe
qm̃ ſimiles cõple-
xiones et proprietates, ſimiles et
vniuocos operantur effectus. ⁊ ex
ſimilibus ſimilia ꝓcreantur. Jam
ergo vt ad ſpũalia hec ratio trãſ-
feratur. Aduerte ꝙ nil magis ſimi
le eſt. ꝙ filius ⁊ ſpũs ſanctus. qm̃
qualis filiꝰ talis ſpũs ſanctꝰ. nec
de patre nũc facio menſionẽ, quia
nuſqꝫ legitur miſſus. ſed alie di-
uine ꝑſone. in quibus eſt ſimilitu-
do ydẽptica, quã alibi reperiri nõ
eſt. Aliq̃ em̃ vel dicunt ſimilia, qr
eiuſdẽ generis ſunt, vel qr eiuſdẽ
ſpeciei, vel qr ab eodem principio
vel qr eiuſdem cõditionis, ex his
oı̃bus parua oritur ſimilitudo re-
ſpectu ſimilitudinis que eſt inter
filiũ ⁊ ſpiritũſctm̃, qr in eis eſt ſimi
litudo ydemptica, ſimilitudo eſ- Damaſce-
ſentialis, ex quo ꝓuenit ꝙ oꝑa tri nus.
nitatis ad extra ſint indiuiſa. Jã
ergo q̇ ſunt ſimiles ĩ natura: opor
tet ꝙ etiã in oꝑatione ſimiles iue
niãtur. Unde quẽadmoduꝫ filius
dei in mundũ veniens certos ob-
ſeruauit igreſſus, eoſdem ſpũſſan
ctus ei ſimillimꝰ obſeruabit. ver
bum dei de celo veniens in mun-
dũ voluit tranſire ꝑ manꝰ Marie
et ꝑ eam regibus ⁊ tẽplo eſt ꝑſen- Johã. 2. a.
tatus, imo ⁊ mundo: qr in nuptijs
quando Jeſus magnificauit glo- Qualiter
riã ſuaꝫ per marie preces ſeipſum grã ſpũſſã
eccleſie ſponſum miſtice demõſtra cti datus ꝑ
uit. Sic ⁊ ſpũſſanctus in minorem manus ma
mundũ. ſ. in hominẽ veniẽs eãdeꝫ rie.

viam obſeruat per manus Marie
ſe cōicās, primo tribus celi hierar
chijs: ſecundo ſe templo eccleſie
offert per eam, et vltimo ſe quotti-
die per eius orationem omni, mū-
do tribuit: et etiā immundo pecca
tori. ſi ſe humiliter recognoſcat.
vnde qm̄ per eius manus grā ſpi-
ritus ſancti diſtribuitur: qua pro
ſermōe preſenti indigem⁹: ei ꝑ ea
genib⁹ flexis offeram⁹ Aue maria
¶ Argumentum dicendorum.
¶ Teſte Augu. Epyphania inter-
pretatꝰ manifeſtatio, nec de mani
feſtatiōe loqui poſſumus: quin de
occultatiōe ꝑuia loquamur: qꝛ nō
bene cognoſcitur termin⁹ ad quē,
niſi cognito termino a quo. Hinc
eſt ꝙ de vtraqꝫ nos fari oportet
occultatione. ſ. ⁊ manifeſtatione:
quas amplectitꝰ thema dicēs. Glo
ria dei eſt celare verbuꝫ, de hoc in
prima parte. et gloria regum inue
ſtigare ſermonē. de hoc in ſecūda.
Prima ps. ¶ Quis oēs parabole ſalomonis
accomodatiſſime ſint omni myſte
rio xp̄i: illas tamen (vt ait gloſa)
aptiores inuenies: q̄ a vigeſimo
quito capite incipiūt: quas ex mā
dato Ezechie regis iuda litterati
ſerui eius addiderunt. hincinde
collectas diligēter: debite aucto-
ritati reſtituētes: quoniā ex ore ſa
lomonis diſperſe fuerant. Rex er
go iuda ezechias memor fuit be-
thleē terre iuda atqꝫ reguꝫ ad eā
venientiū, quando decreuit colle
ctas parabolas ſic incipe. Gloria
dei eſt celare v̄bū, ⁊ gloria regum
inueſtigare ſermonē. Celū ſurſum
eſt terra deorſum: et cor regum in
ſcrutabile. aufer rubiginē de argē
to, et egredietur vas puriſſimum
⁊ aufer impietatē de vultu regis: ⁊
firmabitur iuſtitia thronus eius.
ne glorioſus appareas coram re-
ge, et in loco magnorum ne ſtete-
ris. Hec ibi. de illo verbo loq̄tur,
de quo paſtores moniti per ange
los dicunt. Transeamus vſqꝫ be-

thleem, et videamus hoc verbum
quod factum eſt: quod fecit domi-
nus. De hoc ergo verbo diuino lo Bis celat verbum pater.
qui poſſumus vel ante incarnatio
nem vel poſt. ante celauit pater il
lud: quando illud genuit in prin-
cipio nam ideo lucem habitat in
acceſſibilem, nec quiſꝙ hominum 1. thimo. c.
ſcire potuit conſilium dei dicētis.
Secretū meū michi: ſecretū meum Sapi. 9.
michi. In patre eīn manet fili⁹ ge
neratus tam abſcondite ⁊ ſecrete: Eſa. 24.
vt teneat ſcotus poſſe videri pa- Scotus
trem nō viſo filio, niſi obſtaret re-
latio: ad cuius plenam notitiam
preſupponitur vtriuſqꝫ extremi co
gnitio. tamen viatoribus etiā an-
gelis hoc myſterium celatum eſt.
nec noſtri intellectus acumen at-
tingere poteſt qualiter occultari
poteſt tanta maieſtas, cū nec flos
generetur: quin appareat in diui-
nis autem ſic ſecreta eſt generatio
ꝙ nemo nouit filiū niſi pater. Pro
pter hanc igitur occultationē ꝓ- Eſa. 53.
pheta dixit: Generationem eius
quis enarrabit? Si vel ſcrutari ve
lis hāc maieſtatem humiliter: ne
opprimaris a gloria. poteris qui
dem attendens q̄ta fecerit deus:
vt hominib⁹ innoteſceret illa diui
na generatio, de qua Johānes ma
gniloquus ait. Uidimus gloriam
eius, gloriam quaſi vnigeniti a pa- Johā. 1.
tre, quaſi tota glīa chriſti ad hoc
tenderet vt generatū a patre eum
oſtenderet. Nec mireris ꝙ gloriā
patris illam celatam ꝓ diuinā ge-
nerationem dicam: quia ſi de⁹ glo
rificatur in conſilio ſanctorū: q̄to
amplius glorificari debet in ſui
notitiam? Amplius glorificatur in
noticia quam de ſe habet: q̄ in ea
que de eo habetur: quia illa per
omnem moduꝫ melior eſt. Nec ar
bitror ꝙ formalis glīa patris eſt
celare generareqꝫ verbum: Quis
in hoc opere amplius glorificetur
q̄ in omnibus ad extra. tamē ideo
ibi dicitur eſſe gloria ei⁹: quia ibi



eſt eſſentia eius qua pater glorio-
ſus eſt. nec nūc loqui volo de glo-
ria accidentali: quam multi di-
cunt non poſſe aduenire deo aut
ineſſe, quia omnino immutabilis
eſt: tm̄ quia eam propter ſemet dat
ſeruis ſuis: dicitur etiam in filio
accidentaliter gloriari. tam abdi-
ta eſt illa verbi generatio, ꝙ deus
decreuit: iterum minus verbū ſuū
abſcondere ſub noſtre carnis ve-
lamine, vt illud ſecretum ſecreto-
rum in aliquam notitiam deueni-
Amos. 3. b ret ſecundum prophetam dicentē.
Non faciet domin⁹ verbum, niſi
reuelauerit ſecretum ſuum ad ſer-
uos ſuos prophetas. Uerbū ſuuꝫ
diuinum non faciet dn̄s carnem:
niſi hoc ſecretum reuelet. Non ta
men totaliter: ſed ꝯfuſe, alioquin
nō diceret angelus marie querēti
Luce. 1. d. modū incarnatiōis. Spiritus ſan
ctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus al-
tiſſimi obumbrabit tibi. Quod
obumbratur. ſecretum redditur.
Sed in natiuitate aliquātulū vo
luit deus, amplius hoc ſecretum
propalare: quando natus eſt ⁊ pa
ſtorib⁹ reuelat⁹, ex parte tm̄ vt glo
rificaretꝰ deus: et ſemꝑ ⁊ vtrobiqꝫ
gloria dei eſſet celare v̄bū, voluit
deus ſic filiū ſuum naſci: vt miſte
rium lateret. Dum enim exemptā
reddit matrem ab erumnis et ne-
ceſſitatibus mulierum. miſterium
abſcondit dominus, ſigillum vir-
ginitatis illibatum permanet. ver
bum incarnatum celatur. dum taꝫ
humili loco naſcitur dominus vni
uerſorum. occultatur hoc ſacramē
Mat. 11. d. tum ad maiorem gloriam dei: cui
dicere poſſumus. Confitebor tibi
pater quia abſcondiſti hec a ſa-
pientibus et prudentibus: et reue
laſti ea paruulis. Hij paruuli ſunt
magi per humilitatem: de quibus
in prima authoritate ſequitur. et
gloria regum inueſtigare ſermo
Sap. 18. c. nem. Sermonem diuinum qui ſe-
crete dum medium ſilentium tene

rent omnia, ⁊ nox in ſuo curſu me
diū iter pageret. a regalibus ſedi-
bus. et viſceribus marie dipotēs
venit: cupiunt inueſtigare magi: Inueſtigatio magorum
vt glorificentur in eo, ſcientes qꝛ
gloria magna eſt ſequi dn̄m. Sed Eccli. 23. d
q̄ profunda et ſublimis ſit hec in-
ueſtigatio, ſatis oſtēditur in eo ꝙ
ſequitur. Celum ſurſuꝫ, terra deor
ſum, et cor regum inſcrutabile. Ce Puer. 25 a.
lum propter altitudinem deitatē
ſignificat, terra qꝛ deiecta hūani-
tatē. q̄ tm̄ diſtant. q̄tū celū a terra
illud clarū: hec obſcura: illud maxi
mū. hec parua: illud dn̄ans. hec
ſubiecta: illud glīoſum qꝛ ſpecies
celi glīa ſtellarum, hec turpis ⁊ igno
bilis. Hec igitur tm̄ diſtātia fue-
rūt in corde regū iſtorum vnita ꝑ fi-
dem, ideoqꝫ dr̄ inſcrutabile. vt eīn
ait Bern. dicinō pōt q̄liter vniantꝰ Bernard⁹
fides ⁊ cor humanū. Celū igitur ⁊
terrā habent in corde fideli dicen-
tes. Ubi eſt qui natus eſt: cui⁹ ſtel Mat. 2. a.
lā vidim⁹? Per ſtellā xp̄i deitateꝫ
inueſtigare conātur: quā adorare
venīūt: per id aūt ꝙ recenter nat⁹
eſt: eius fatentur humanitatē. Ne Duo extrema celum ⁊ terra. deitas ⁊ humanitas vnita.
igitur miremur fratres ſi illa duo
extrema vniātur in corde regum:
quoniaꝫ vnita ſunt in rege, quem
adorare cupiūt. Mod⁹ aūt inſcru
tabilis eſt. quoniā nec imaginari
poteſt qualiter celū ⁊ terra vniantꝰ
Quis aut illud deſcēdat, aut aſcen
dat iſta. nā celū ꝑegrinarum impreſſio
nū ſuſceptiuū nō eſt, nec deus, qui
etiā in ſua altitudine ꝑſeuerat: et
hūanitas nr̄a in neceſſitatib⁹ ſuis:
nā vagit infans ⁊ frigeſcit. ideo-
qꝫ dictū eſt. Celū ſurſuꝫ. terra de-
orſum. tamen in puero iunguntur
qꝛ ꝓpterea in ei⁹ natali cecinerūt Luce. 2. b.
angeli. Gloria in altiſſimis deo: ⁊
in terra pax hoib⁹. Ecce qualiter
ad glīaꝫ dei altiſſima ⁊ ima iūgūtꝰ
Ut aūt oñdatꝰ cecitas iudeorum: qua
celauit eis deus verbū natum ſe-
quitur in pretacta parabola. Au- Puer. 25. a.
fer rubiginem de argento. Argentū

eloquentiã denotat, et in hoc lo-
co diuinã, eam vꝫ que eſt in pro-
Mich.5.a. pheta dicente. Et tu bethleē ter-
⁊ mat.2.a. ra iuda nequaꝙ minima es ĩ prin
Cecitas iu cipibus iuda. ex te enim exiet dux
deorum. qui regat pplm meũ iſrael. Rubi-
go ex duobꝰ argēto puenire ſolet,
⁊ math.2.a vel qꝛ vſui nō deſeruiēs occioſum
ſordeſcit, vel ex infuſione imundi
liquoris non terſi. Ex his de cau-
ſis ꝓpheta hec habuit rubiginē
in oculis iudeoꝝ, qui deſperati di
cebant. Jam non eſt ꝓpheta, iam
nos non cognoſcet amplius. ſed
ad impletiorei abſtulit rubiginē
et annoſitatē, vt egrederetur vas
puriſſimũ xpi cōtentiuũ: qui pura
veritas eſt. Nec mirum ꝙ prophē
tia dicatur vas qꝛ dauid canebat
in vaſis pſalmi. Uas ergo templi
Ps.73,b. prophetia eſt xp̄m continens. ſed
huic iudei rubiginē adduxerunt.
ſecũdo modo. ſ. per infuſionē im-
mũdi liquoris praue intelligētie.
Tacuerũt eñ illaꝝ prophetie par
tē: que altiorē ſonnũ reddit. vbi
diuinitas xpi ſonat. dum ait. Et
egreſſus eiꝰ ſicut a principio dieꝝ
eternitatis. q. d. Quēadmodũ dũ
ille primus egreſſus quo filiꝰ eter
naliter a patre ꝓcedit impediri nō
poteſt: ſic nec eius tēporalis egreſ
ſio, quin ꝓſpere ꝓcedat. intendat.
⁊ regnet. Diſparuit etiã ſtella in
hierlm quia verus ⁊ lucidus ſen-
ſus ſcripture ibi euanuit. Propter
rubiginē praue intelligentie aut
Mich.5.a. ignorantie hoc verbũ incarnatum
⁊ natũ celauit deus ab herode de
puer.25.a. quo ſequitur. Aufer impietatē de
vultu regis. De vultu regis chri-
ſti oĩa cernentis herodes auferre
debuit impietatē ſuã: qꝛ ob id ca-
nitur. Hoſtis herodes impie xp̄m
venire quid times: nō arripit mor
talia q regna dat celeſtia. De vul
tu piiſſimi regis auferenda eſt im-
pietas: qꝛ ꝓpter pietatē naſcitur
rex iudeoꝝ. Unde ſequitur in ſum
pta parabola. Et firmabitur clemē
tia thronus eius. Thronꝰ dei hu-
manitas eius eſt. Pro cuiꝰ pieta- Ibidē.
tate aduerte. ꝙ vt ait Ariſto. San Philoſo.
ctius eſt regimen quod a viro bo- Regimen
no puenit: ꝙ quod regitur ⁊ pue- xpi optimũ
nit ab optima regula ſeu lege. qꝛ eſt.
lex iuſtiſſima. rigida eſt, homo au
tē naturaliter manſuetus eſt. hec
ille. Ubi aduerte/ꝙ ãte xpi natiui
tatē populus dei iuſtiſſima rege-
batur lege: que nimis rigida fuit:
quapropter compaſſione ductꝰ fi
lius dei homo naſcit̃, vt deinceps
non legi iuſtitie, ſed viro clemētie
⁊ ſancto ſubiiciamur. de quo dixe
rat angelus. Quod naſcetur ex te Luce.1.d.
ſanctũ vocabitur filiꝰ dei. de quo
⁊ Salomō ait. Miſericordia ⁊ ve
ritas cuſtodiunt regē: ⁊ clementia
roborabit̃ thronus eius. Aut eius Cãti.3.d.
thronus ſit humanitas aut preſe-
piũ, aut mater ſua. ſcimus equidē
media charitate conſtratũ ꝓpter puer.20
filias hieruſalē aĩas hominũ: que
volunt pie ſecũ agi. Quod autē ſe
quitur in ꝑcipua parabola ad he- puer.25
rodem dirigit̃, cui dr̃. Ne glorioſꝰ
appareas coram rege. ſ. xp̄o rege
humili, cuiꝰ aula diuerſoriũ, cuiꝰ
ſolium ꝑſepe, cuius duces bos et
aſinus, cuius milites paſtores: cu
ius regina puella virgo, cuiꝰ the-
ſaurus pauꝑtas, cuius regalia in-
in ſignum contradictionis totius po
puli iſrael, quod noluit Symeon vi
dere, maria tñ quia mulier fortis nõ
dimitti poſtulat in pace, ſed expec-
tare parata et ipſa eſt iuxta ſignum
Eccli. 22. a filij hominis quod ſecundum euan-
gelium eſt crux. Septimo inmundi-
tiam ſuſtinemus in accidia. quia ſcri
ptum eſt. Lapide luteo lapidabitur
piger. Lapis luteus, dicitur immũda
cogitatio quã demõ occioſis vt plu-
rimũ immittit. Hec vltima immun-
ditia, aqua lachrymaruʒ dicitur puri
ficari, quas et preſentãtes Jeſum et
accipientes ex deuotione effuderunt
vbi et ſenes laborãt placidiſſime dei
filium in vlnas et brachijs eum ge-
Epiloga- ſtantes. Ueniãt ergo omẽs qui puri
tio. ficatione indigent ad feſtum purifi-
cantis marie ſuperbi ad eius humi-
litatem iugo graui ſubiectam, qui
non propter eaʒ coſtituta eſt. Auari
cernant qualiter ob nimiam ꝓteritaʒ
pauperibus diſtributionem agnum
offerendum emere non valuit. Luxu
rioſi conſiderent ꝙ in hac deifica ꝓ-
ceſſione nullus fuit libidini ſeruiẽs
nec oblatio niſi caſtior adducta eſt.
Jnuidi ⁊ matris ⁊ filij charitatẽ cõtẽ
plentur, oblatus enim eſt ab ea quia
ipſe voluit nunc oblationis faciẽde
in cruce initium ſumere. Guloſi vide
ant non ſolum anne filie phanuelis
ſedet ouium aſſiſtentium proceſſiõi
abſtinentiam, Etiam a quocũqʒ pec-
cato. Jrati intueantur timoratũ Sy
meonem, qui etiam mori deſiderat.
Pigri perſpiciãt quo feruore currũt
ſenes ad chriſtuʒ diutiſſime expecta
tum, et tandẽ receptum omni conatu
et obuiatione, Cum ergo nichil coin

quinatum intrabit in illam requiem
opus eſt vt de quolibet noſtrorũ di-
catur illud quod de Paulo dicitur.
ſcʒ. Poſtera die purificatus cum il- Act. 21. e.
lis intrauit in templum ſcilicet glo-
rie, nuncians explectionem purifi-
cationis. Nam in celo nulla erit no-
bis purificatio ſed hic, nam purifica
ri opus erat intraturis caſtra filioꝝ
iſrael anteq̃ ibi ſecuri permãſiſſent
vnde extra caſtra fit purificatio, ma
xime nũc ꝑ preſentẽ oblationeʒ qua
Jeſus offertur eminenter continens
virtutem omnium oblationum lega
liũ quibus purificabantur hebrei.
Unde accipiens Symeõ puerũ euʒ
(vt arbitror) poſuit ſuper altare tem
pli, ⁊ ſic exclamans ait eterno patri.
¶ Quia decreuiſti omnipotẽs deꝰ Oratio ſy-
in eterna predeſtinatione apud te, meõis xp̃m
ꝙ hic filius tuus poneretur in cruce offerentis
gladio contradictionis immolandꝰ patri.
nunc etiã ⁊ ſi nõ maturum ſei tibi of
fert per manus matris ſue ⁊ meas, ſi
agnum poſtulabas in lege offerri, ec
ce agnus iſtius virginis ouis inno-
centiſſimus, tu qui placatus es agno
abel placare noſtro preſenti agno.
Si bouem ſacrificio querebas, ecce
obedientiſſimum Jeſum: qui aratrũ
crucis portabit ⁊ iugum. Si colum-
bam querebas: ecce qui genuit pec-
cata noſtra, ſi capram reſpice huius
penitentiam, ſi paſſerem, iſte ſolita-
rius erit in tecto crucis, ſi petis hir
cum, ſanguis huius pueri validior
eſt contra adamãtem duritie noſtre,
ſi ouem efflagitas: vide Jeſuʒ mitiſ-
ſimũ ſi vitulã rufã, hic eſt ſuo ſangui
ne rubricandus, ſi vitulum ſaginatũ,
intuere merita plurima chriſti tui, ſi
turturem, vide huius fidelitatem, qꝛ
eſt ſacrificium iuſtitie non menſtrua
te ſed puriſſime, quo ſacrificato ſecu
ri ſperabimus in te dicentes. Placa
bo illum muneribus que precedunt Gen. 32. e.
poſtea videbo illum in gloria. Uide
vbertinũ libro ſecundo capite quin
to. Sic ergo primaʒ miſſam celebrat
ſenex iſte, cuius ſacrificium preſens

quod etiam eſt noſtrū ⁊ Marie dici
tur placuiſſe deo ſicut anni antiqui,
Mala.3. includendo oia preterita ſacrificia,
et ſicut dies ſeculi amplectens om-
nia futura, et ideo dominator terre
dicitur hic agnus. De acceptatione
autē qua hic receptus eſt a patre ꝗs
dicere valeat, cum ſepe in ſacra ſcri-
ptura reperiatur ignis de celo adue
niſſe ſuper ſacrificia? Super altare
illud dei beneplacitum ita deſcēdit
ꝙ in eo ⁊ nos acceptat hic per gra-
tiam, ⁊ in futuro per gloriam Amen.

¶ Cathedre beati Petri apoſtoli.
Sermo.xvij. de gradibꝰ cathedre.

Thema. ¶ Dauid ſedens in cathedra ſapiē
tiſſimꝰ princeps iter tres. 3.re.23.b.

¶ Inuocatio vbi oſtenditur, ꝙ hu-
manitas xp̄i eſt cathedra eius.

HUmanitas ſaluato-
ris nr̄i, cathedra eſt fi
lij dei, qua etiā in ce-
lo exaltari dr̄ iuxta id
Ps.106. Exaltēt eū in eccleſia
plebis: ⁊ in cathedra
ſeniorꝝ laudēt eum. In eccleſia triū-
phante a plebe angelica exaltatur
xp̄s: que adorat ſcabellū pedū eius,
qm̄ eſt ſanctū. Seniores aūt populi
iudeorum patriarche videlicet ⁊ ꝓ-
phete ac reges dederunt cathedraꝫ
ſibi: q̄ a regalibus ſedibꝰ venit. Si
Cathedra Marie eſt hūanitas chriſti. autē humanitas chriſti ſeniorum ca
thedra nuncupatur, ꝓpterea qꝛ de-
ſcendit ab eis, q̄to amplius dicetur
marie, poſtq̄ꝫ de ea ſumpta eſt, et in
ea ꝑata? De ſilua viſcerꝝ ſuorꝝ ſūpta
ſunt ligna imputribilia, q̄bus cōpa-
cta eſt cathedra hec dn̄o Jeſu magi
ſtrorꝝ ꝯſilio: multi eq̄dē artifices eiꝰ
fuere, pr̄ vꝫ ⁊ filius ⁊ ſ.ſ. ⁊ gabriel
angelꝰ, ⁊ ip̄amet v̄go, q̄ taliter eā cō
ſtruxit: vt oībus pateret acceſſus, et
maior ſibi. Naꝫ ideo dicit xp̄s ꝑ ſer
Job.26.b. uū ſuū Job. Qn̄ ꝓcedebā ad portaꝫ
ciuitatis in platea ꝑabāt cathedraꝫ
michi. Ciuitas dei maria eſt gl̄ioſa:
huiꝰ porta fuit ꝯſenſꝰ, quē angelo d̄
filio dei ꝯcipiē do ꝑbuit. Platea hu
ius ciuitatis q̄ deū capit ſunt viſce-
ra mīe eiꝰ, q̄ patēt ad nos, patent ad
quoſcūqꝫ pctōres, ⁊ iuſtos. imo ⁊ an
gelos, ſi accedāt ad thronū gr̄e eiꝰ,
qua qꝛ nos amplius egemꝰ, ad eam
genibus, flexis eamꝰ offerētes Aue.

¶ Argumentum de cathalogo for-
tium dauid. i. xp̄i ſuꝑ quos eſt petrꝰ.

¶ In capl̄o ex quo thema ſūptū eſt,
Preeminentia petri. ponit cathalogꝰ robuſtorꝝ dauid ꝑ
ternarios, tres dicuntur fortes. alij
tres fortiores, ⁊ tres fortiſſimi. Per
prios intelligūtur xp̄i ꝯfeſſores for
tes cōtra hereticos, de quibus pau-
lus ait. Fortes facti ſunt in bello: ca
ſtra verterūt exterorꝝ hoc eſt hereti-
He.11.g. corꝝ. Per tres fortiores intelligūtur
martyres fortiores ꝯtra tyranos: d̄
q̄bꝰ dici pōt illud ſapiētie. fortiori-
Sapi.6. bus fortior iſtat cruciatio. Certamē
quidē fortius dedit martyribꝰ xp̄s,
vt vincerēt. Tres fortiſſimi ſunt apo
ſtoli contra iudeos de quibus figu-
raliter dr̄. Transfugerunt ad dauid
1.pali.12. cum lateret in deſerto, viri robuſtiſ-
ſimi ⁊ pugnatores optimi, tenentes
clypeum, ⁊ haſtam, facies eorum fa-
cies leonis. Ad filum dei cōfugerūt
apoſtoli, cū eſſet in deſerto mūdano
paucis notus. Super iſtos deniqꝫ
tres ordines. princeps fuit beatꝰ pe
trus, vt dicit in themate ꝓ eo ſum
pto. ꝙ ille princeps cōfeſſorum fue-
rit, patet ex illa maxima confeſſione
tantum a dn̄o laudata. Tu es xp̄s fi
lius dei viui. ꝙ princeps martyrum
fuerit, ex imitatione expreſſa paſſio-
nis xp̄i dignoſcitur que talis eſt vt
dicere valeat. Chriſto confixus ſum
cruci. Chriſtꝰ tn̄ crucifixꝰ fuit capite
erecto, quia caput erat eccleſie trium
Mat.16. ꝑhātis, petrus autem capite euerſo:
quia caput erat eccleſie militantis.
Ip̄m etiā eſſe principē apl̄orꝝ patet
ex collata ſibi diuinitꝰ clauiū ꝑtāte
⁊ cura de ꝯfirmādis fr̄ibꝰ. Propter
hūc igit̄ triplicē principatū ait the-
ma. Dauid ſedēs. ⁊c. ſcd̄m tria q̄ di-
ximus de triplici eiꝰ cathedra loqui
fas eſſet, de cathedra doctrine inter
confeſſores, de cathedra crucis in-



ter martyres, de cathedra dei inter
apl̄os: quibus loco xp̄i ſucceſſit. Sꝫ
nolo agere in ſermone niſi de gradi
bus: quibus cathedrā honoris aſcē
dit quippe vt aſcēdamꝰ ⁊ nos. Sūt
autem ſex quibus meruit ſublimari:
et in preaſſumptis verbis notantur
breuiſſime.

Cognitio petri. ¶ Primus gradꝰ eſt plenitudo co-
gnitionis in intellectu. Scd̄s eſt ꝑfe
ctio amoris in affectu, ⁊ hij duo gra
dus notātur in eo ꝙ dr̄ ſapiētiſſimꝰ:
qꝛ ſapientia eſt ſapida ſciētia. amo-
reꝫ hn̄s cum noticia. Petrus autem
tātā habuit infuſam ſcientiaꝫ dei ꝙ
ꝓpterea deſignatus ſit in cherub: q̄
plenitudo ſciētie interpretat̄. Nāqꝫ
Exo.25.b. in exodo iuſſit dn̄s, duos quoqꝫ che
rubin aureos productiles facies ex
vtraqꝫ parte oraculi. Cherub vnus
ſit in latere vno: et alter in altero.
Propitiatoriū eccl̄a eſt, extra quam
Duo cherubin petrus et paulus. nulli propitiatur deus. Utraqꝫ pars
huiꝰ duo ppl̄i ſunt iudaicꝰ videlicꝫ
⁊ gētilis. Duo cherubi petrꝰ ⁊ pau-
lus, aurei per excellētiam bonitatis.
Eſt em̄ aurꝝ optimū metallorꝝ, ⁊ ſunt
De di. no. capl̄o.iij. ductiles ꝑ obediētiā. De ſciētia pe-
tri Diony. ait. Petrꝰ ſupremū decꝰ
⁊ antiquiſſimū theologorꝝ culmen.
Propter nimiā ſapiētiā petri figura
tur in Joſeph de quo dicitur. Secū
Ps.104. dū tranſlationem Hieronymi. Po
ſuit eum dn̄m domui ſue, et principē
in omni poſſeſſione ſua: vt erudiret
principes eius ſecundū volūtatem
ſuam: ⁊ ſenes eius ſapientiam doce
ret. De cathedratico igitur noſtro
mandatū habemus illud machabeo
1.macha.2 rū. Symō frater veſter ſcio qꝛ vir cō
ſilij eſt ip̄m audite. ⁊ ipſe vobis erit
pater.

Amor petri. ¶ Scd̄s gradꝰ qui eſt ꝑfectio amor
ris notatur in petro. Ob quem figu-
ratur in ſeraph qui interpretatur ar
dens vel incēdens. ob Petrum qui
dem et Paulum dixit Eſaias. Uidi
Eſa.6.a. dominum ſedentem ſuper ſolium ex
celſum et eleuatū, et plena erat do-
mus a maieſtate eius, et ea que ſub
ipſo erāt replebāt tēplū. Seraphin
ſtabant ſubter illud ſex ale vni. et
ſex ale alteri. Hanc viſionem dicit
ꝓpheta ſe vidiſſe anno quo mortuꝰ
eſt rex ozias. Ubi aduerte ſcd̄m glo-
ſam ꝙ ꝑ Oziā regē ⁊ leproſuꝫ ſigna
tur diabolus rex ſuper om̄s filios ſu Job.41.d.
perbie. Ip̄e etiā eſt leproſus inq̄tuꝫ
peccatū eius eſt incurabile. Ipſe ve
ro fuit mortuus in xp̄i paſſione, inq̄
tum eiꝰ poteſtas fuit notabiliter di-
minuta, ſicut de hōmine multū deie-
cto dicitur ꝙ ipſe eſt mortuꝰ. Et in
illo anno diaboli deiectiōis. homo
chriſtus fuit ad dexteram patris in
celeſtibus aſſumptus: ⁊ ſic viſus a
credentibus per fidē, ⁊ a beatis per
apertā viſionē: ideo ſubditur. Uidi
dn̄m ſedentem. ſcilicet xp̄m ad dexte Eſa.6.a.
ram maieſtatis ſuper ſolium regium
quia regnauit i domo Jacob patris
ſui ineternum. Hoc ſoliuꝫ dicitur ex
celſum, quia ſuper homines regnat.
et eleuatuꝫ quia ſuper angelos etiā
quos omnes gloria cōplectitur. vn-
de domus celeſtis plena erat a ma-
ieſtate eius, Nam ciues celici reficiū
tur interius in aſpectu ſue deitatis,
et exterius in aſpectu ſue humanita
tis. Et ea que ſub ipſo erant reple-
bant templum quia ſpiritus ſanctus
a dei filio procedens ob merita eius
in ſigno viſibili repleuit collegium
apoſtolorum: quia repleti ſunt, om-
nes ſpiritu ſancto. De collegio iſto
duo ſiganter memorātur, ſcilicet pe Act.2.a.
trus et paulus, de quibus ſequitur.
Seraphin ſtabant ſubter illud tem
plum videlicet eccleſie, ſex ale vni Petrus et paulꝰ duo ſeraphin.
et ſex alteri. Hij duo quibus eccleſie
cura commiſſa eſt ſubter eam dicun
tur ſtare miniſterium ſuuꝫ iplentes
eamqꝫ incendentes: nam ardentes
dicūtur quo ad ſe. incendentes quo
ad alios. Sed hoc in alis eorꝝ cla-
rius innoteſcit, per quas ſiguantur
eorum motus ad bonū. nā ꝑ duas a-
las ſuper caput erectas deſignantur
motus contemplationis in deita-
tem et humanitatem. Per duas

pertenſas verſus pedes ſignãtur ad
proximos motus compaſſiõis in pe
nurijs ſpiritualibus et corporalibꝰ
Per duas medias motꝰ debite ſolli
citudinis circa ſe ipſos ad animaꝫ et
corpus Ardens igitur et ſi in tota vi
ta ſua erat petrus, amplius tamen
dum cathedram aſcendit crucis, vbi
multa ĩ ſpiritꝰ ardore docuit nolẽs
Inuerſus crucifigitur petrus ob quatuor. erectꝰ crucifigi ſed euerſus ob qua-
tuor quas ipſemet aſſignauit cauſas
Prima ob domini honorem nõ ſe re
putans dignuꝫ ſimili triumpho. Se
cũda, quia chriſtus patitur propter
mundum redimendum, ideo decebat
mundum reſpicere perditum, petrus
autẽ propter celum aquirendum cu-
ius claues habet, ideo decuit illud
reſpicere. Tertia ad deſignandũ hu-
mani generis lapſũ, chriſtus aũt ſem
per ſtetit rectus, nec per peccatum
cecidit, nec ſe incuruauit, primus aũt
adam caput mentis in terram defixit
cõtra deũqꝫ recalcitrauit. Quarta vt
innueret ꝙ homo mutarat amorem
ſpiritualem in mundanum, homo ſẽm
rectus in cruce poſitus ſi euertatur,
tũc quando eſt inuerſus illud quod
erat ſibi antea dextrum efficitur ſini
ſtrum, et peccator dextram mutaue-
rat in ſiniſtram, quando amorem ce
leſtem mutauit in amorem munda-
Oratio petri ex cruce num. ¶ Ex crucis etiam cathedra
omnes aſtantes accendit petrus dñ
feruide orans dixit. Iſta michi tu do
mine Ieſu chriſte verba vite nota fe
ciſti, et reuelanti michi que de cruce
dixiſti gratias ago nõ corde cui ſepe
indecens quoddã ſubripit, nõ labijs
iſtis carni affixis, nec lingua per quã
verum vel falſuꝫ procedit, nec verbo
articulata et materiali natura produ
cto, ſed illa voce gratias tibi ago rex
bone que per ſilentium intelligitur,
que nõ in manifeſto auditur, que nõ
per organa corruptibilis oris ꝑcipi
tur, que neqꝫ eſt et terra, neqꝫ ĩ terra
dimittitur, illo inqꝫ ſpiritu domine te
ſic chriſte, domine et magiſter meus
gratias ago tibi quo te credis: quo
te intelligo, quo te diligo, quo te te
neo, et voce qua te alloquor qua te
ĩterpello, q̃ tu toto ⁊ modeſto tm̃ ſpũ
intelligibilis es. Tu dñe pr̃ ⁊ amica
bilis auctor ⁊ ꝑfector ſalutis, tu de-
ſiderium, tu refugium. tu ſacietas, tu
michi omnia es, ⁊ omnia michi in te
ſunt, cuſtodi ſeruis tuis hec: tribue
atqꝫ largire, quia tu es paſtor eter-
nus ⁊ ſumme bonꝰ, verus filius dei,
tibi cõmendo oues, quas tradidiſti
michi, tu eas in ouile tuum aggrega
⁊ cõſerua, quia tu hoſtiuꝫ, ouile ⁊ ho
ſtiarius, tu paſcua, ⁊ eterna refectio
tibi gloria cũ patre ⁊ ſpiritu ſancto,
nũc ⁊ in oĩa ſecula ſeculoꝝ. Cui ora-
tioni vt ait btũs Linus. Oĩs popu-
lus aſtans reſpondit amen, ⁊ Petrꝰ
emiſit ſpiritum.
¶ Tertius cathedre gradus eſt for
titudo operationis in effectu, quar-
Tertiꝰ gradus cathedre eſt fortitudo. tus aũt pulchritudo conuerſationis
in aſpectu, qui duo nominãtur ĩ hoc
nomine dauid, qđ interpretatur ma-
nu fortis, ⁊ pulcher aſpectu. Petrus
autẽ manu fortis extitit, de qua di-
ci valet. Manus fortium dominabi puer.12.
tur, que autẽ remiſſa eſt tributis ſer-
uiet. Petrus manũ ſuaꝫ miſit ad for
tia, qr eius operatio efficax fuit ſecũ
dũ virtutem credẽdi. Quãuis eñ ſa
thanas expetiuit apl'os vt cribraret Luce.22.
et concuteret eos vt a fide caderent,
petrus citiꝰ adiecit vt reſurgeret cõ
firmatus ad confirmandum fratres
cuius fides omnibus ponitur imitã
da velut fundamentũ, cui initi debe
mus. Manuꝫ etiaꝫ habuit ſanatiuã:
non eñ ſolũ ſanitatẽ preſtitit verbo
orationis ſed iuſſionis, vt patet in
enea ⁊ in paralitico. ⁊ in filio eiꝰ pe
tronila: immo ⁊ eius vmbra ſanãdi Act.9.f.
habuit virtutem: ⁊ baculus eius quẽ
manu geſtarat, quẽdam eiꝰ diſcipu-
lum dicitur ſuſcitaſſe. Manus etiam
eius docendi habuit virtutem: quã- Act.5.
do ſemel tria millia, alias autẽ quin
qꝫ millia ꝯuertit ad chriſtum, vt etiã
dicit bedtus Linus grãm pectoribꝰ Act.2.
immitebat audientiuꝫ. Habuit etiã
manus



manus eius orandi efficatiã: nã ele
uatio manuũ eiꝰ iuge ſacrificiũ fuit.
Oratione quidem aperuit celũ: quã
Act.10. do cecidit ſuper eius animam men-
tis exceſſus et vidit celum ſuper ſe
apertum. Oratione fecit viſibiliter
Act.8. ſpiritum ſanctum deſcendere in cor
nelium ⁊ alios. Oratione ſpoliauit
Act.10. infernum ſuſcitans defunctum: queꝫ
Symon magus ſuſcitare nõ valuit
Demoneſqꝫ pluries oratione vincit
preſertim quando Symonẽ maguꝫ
ab eis delatum cadere fecit. Uidiſti
ergo qualiter manus ſedentis in ca
thedra fortis fuerit. Sed quia hec
ſpiritualia ſunt: aduerte ꝙ beatꝰ pe
trꝰ fortis fuit in vinculis: fortior in
opprobrijs: fortiſſimꝰ in penis, qbꝰ
modis q̇libet ꝓlatus debet eſſe for-
tis tam pro ſe q̃ꝫ pro ſuis. Primo cõ
puer.16. tra ſeipſum carnem ſpiritui ſubijciẽ
do, quia melior eſt patiẽs viro forti.
Secundo contra demonẽ ⁊ etiã mi
niſtris eiꝰ viriliter reſiſtendo. qui tã
1.pe.4.c. q̃ꝫ leo rugiens circuit querens queꝫ
deuoret: a cuius etiam ore ſubditus
Act.5.a. abſtrahi debet. Tertio contra pri-
mum per correctionis ſeueritatẽ: qđ
maxime fecit petrus in abſconden-
tes precium agri metientes deo.
Quarto contra deum fortis ſit ꝓla-
tus per conſtantiam orationis vt al
ter Iacob, et aaron qui protulit ſcu-
tuꝫ orationis, ⁊ Moyſes per oratio-
nem reſtitit ire: ⁊ ceſſauit ceſſatio.
Quartus gradus eſt bona ꝯuerſatio. ¶ Nũc de quarto gradu qui eſt pul
chritudo conuerſationis in aſpectu
aduerte, ꝙ pulchritudo hec neceſſa-
2.pe.2.d. ria eſt cuiuſlibet prelato: qua caren
tes vocat petrus fontes ſine aqua:
quibus nichil deterius ac turpius.
1.thim.3.b Paulus vero dicit oportere epm̃ ha
bere bonũ teſtimoniũ ab his qui fo-
ris ſunt: vt nõ in opprobriũ incidat
ſicut fons ſine aqua. Hec pulchritu
do ꝯuerſationis multuꝫ eſtimatur a
petro: q̇ ei coronaꝫ tribuit. ac ſi hoc
eſſet ꝑcipuũ in prelato: vñ ipſe ait.
1.pe.5.a. Seniores ergo q̇ in vobis ſunt. ⁊c.
Seniores vocat ꝓlatos: qbꝰ ſubiũ-
xit. Forma facti gregi ex aĩo. ſ. ex ope
⁊ cum apparuerit princeps paſtorũ
ꝑcipietis imarceſſibilẽ glorie coro-
nã, Propter hãc etiã pulchritudinẽ
ꝯuerſatiõis dixit q̇dã ꝓlatꝰ dei. Da
te ex vobis viros ſapiẽtes ⁊ gnaros Deut.1.b.
⁊ quoꝝ ꝯuerſatio ſit ꝓbata in tribu-
bus veſtris, vt ponã eos vobis prin
cipes. Quãuis in mõte. i. in prelato
oim bonoꝝ opeꝝ monſtrari deberet
exẽplar: primo tñ ibi ſit exemplũ lo-
quẽdi qr ei dr̃ Uerbis tuis facito ſta
therã: ⁊ frenos ori tuo rectos. ⁊ tãtũ Ecli.28.
dẽ ne forte labaris in lingua, ⁊ ca-
das in ꝯſpectu inimicoꝝ inſidiantiũ
tibi, ⁊ ſit caſꝰ tuꝰ inſanabilis ĩ mor
tẽ. Datur etiã ꝓlatus in exẽplũ ope- Iohã.13.
randi iuxta id. Ut quẽadmodũ ego
feci, ita ⁊ vos faciatis. Et in exẽplũ
diligendi. vñ dñs ait. In hoc cogno
ſcẽt hoĩes, ꝙ diſcipl'i mei eritꝭ, ſi cha
ritatẽ habueritis adinuicẽ. breuiter Iohã.13.
aũt paulꝰ oſtẽdit in quoꝝ exẽplũ de
beat eſſe ꝓlatus dicẽs. Exẽplũ eſto
fideliũ in vbo, in ꝯuerſatiõe, in cha- 1.thi.4.c.
ritate: in fide: in caſtitate. Nec ſoluꝫ
ĩ iſtis ſꝫ in ꝑſeuerãtia. Alibi eñ ſub-
ditos hortatr̃ ſic. Memẽtote ꝑpoſito
rũ veſtroꝝ: q̇ vobis locuti ſunt ver- Heb.13.
bũ dei, quoꝝ intuentes exitũ ꝯuerſa
tionis imitamini fidẽ. Exitus rei bo
ne ꝑſeuerantia eſt: quia ſic dici ſolet
exitus acta ꝓbat. Que q̃ꝫtũ in btõ pe
tro reſplẽduerit dicere opꝰ nõ eſt: cũ
etiã dñs ipi petro dixerit ſe rome ite
rũ crucifigẽdũ: oſtẽdẽs in hoc ꝙ paſ
ſio quã xp̃s pertulit in hieruſalẽ: ite
rũ renouanda eſſet in paſſione petri
qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit
crucẽ cõfuſione cõtenta. Nil in hoc
reſtat gradu niſi ꝙ nos vitas nr̃as
fratres corrigamꝰ ad tm̃ exẽplar tã-
q̃ꝫ ſimillimũ originali diuino: vt nos
integre valeat reformare: ideo enim
dicitur ezechieli. Oſtende domui iſ- Eze.43.c.
rael templũ: ⁊ confundantur ab ini-
quitatibus ſuis: ⁊ metiantur fabri-
cam: et erubeſcant: ex oĩbus que fe-
cerunt. Figuram domꝰ ⁊ fabrice eiꝰ:
exitus et introitus: ad omnẽ deſcri-

ptionē eius:⁊ vniuerſa precepta eiꝰ
cunctūq; ordinem eius:⁊ oēs leges
eius oſtende eis .et ſcribes in ocu-
lis eorum:vt cuſtodiant oīs deſcri
ptiones eius,⁊ precepta illius ⁊ fa-
ciant ea. Btūs hierony. dicit hec v̄-
ba intelligi non debere de tēplo ſa-
lomonis:cuiꝰ nō tanta maieſtas:vt
videntes illud confunderentur ab
iniquitatibus ſuis: ſed de illo tēplo
vbi oīs dicunt gloriā:⁊ quidā via
tor ait. Dn̄e dilexi decorē domꝰ tue
Ps.25. locū habitationis glorie tue. Sed
cū quilibet ſctūs tēplū dei ſit:⁊ bea-
tus petrus tā magna ſit petra: ꝙ ex
ea fiat tēplū:bn̄ liquet de eo intelli-
gendā veniſſe ꝓphetiā illam vbi do
mui iubetur iſrael.i. ecclie militanti
templum hoc eſt petrū oſtendi:cuiꝰ
tāta fuit ſanctitas: vt quilibet ſe ei
ꝯferens ꝯfundatur ab iniquitatibꝰ
ſuis:virtutes petri conſpiciens. Si
fabricam bonoꝝ opeꝝ eius intuitꝰ
fuerit,⁊ figuram crucis eius:introi-
tū ad apoſtolatū:⁊ exitum vite huiꝰ
cum omni deſcriptione vite ſue:ac ꝓ
cepta apoſtolica:⁊ ordinem clerica
lē ab eo inſtitutum,ac leges eis pro-
mulgatas: quas prius ipſe fecit ac
ſeruauit. Templum hoc fratres cha
riſſimi,cathedrale tēplum eſt:vbi oī
moda inuenitur doctrina: nec in eo
deeſt crux aut martyrij ſacrificium:
Ps.64. aliud vc deuotiōis iudicium:de quo
dici pōt. Sctm̄ eſt tēplū tuū ⁊ mira-
bile in eq̄tate. Mira equitas eſt vbi
ſimili pena ſeruꝰ torq̄tur cū dn̄o ſuo
ex qua ſimilis fere expectatur coro-
na:immo ⁊ in hoc mundo eum loco
ſui reliquit chriſtus.

Quintus gradus ꝓlationis eſt manſuetudo.

¶ In quinto huius cathedre gra-
du notatur manſuetudo petri q̄ ap-
ta eſt correctioni: iuxta id. Supue-
niet manſuetudo:⁊ corripiemur, Et
hec innuit in illo thematis v̄bo vbi
ſedēs dr̄. Nō erat ſedens in cathe-
dra ſua iudex ille quē vt notat hiero
nymꝰ. furor ex ſella excuſſit: vt ſur-
gēs,⁊ ſcindens veſtimenta ſua dn̄o
blaſphemiam irrogaret in paſſione

Petrus autem noſter in tranquilli-
tate iudicans ſedere dicitur. In iudi
cibus autē noſtri temporis nec tran
quillitas eſt:nec ad examē quiete ꝓ
cedunt,immo videntur dicere. Indi
gnatio mea ipſa auxiliata eſt michi Judic.4.
Delbora autē non iudicabat popu-
lum niſi quando ſedebat ſub palma,
quin ⁊ ipſe chriſtus ſedens dicit̄ iu-
dicaturus tanta quietudine: ꝙ etiā
ſedes iudicantium tribus iſrael di-
cantur ſedere iuxta id. Quia illic ſe Ps.121.
derunt ſedes in iudicio. Nullus er-
go prelatus preceps ſit in ſubditoꝝ
negocio examinā do plurima ſeſſiōe
De correctione autem q̄ annexa eſt
tranquillitati,nemo em̄ preter tranq̄l
lūꝫ pacatū corrigi poteſt. Petrꝰ au-
tē etiam poſt gratiam ſpiritus ſan-
cti acceptā venialiter peccare pote-
rat:et vt ait gloſa de facto veniali-
ter peccauit: vn̄ Paulus ait. In fa- Gala.2.
ciē ei reſtiti q꞉ reprehenſibilis erat:
Et ſi propter alios reprehenſibilis
etiam petrus:quibus occaſionē da-
bat ſeruandi cerimonias:⁊ non pro
pter ſe qui eas irritas nouerat, aut
ſcd̄m Berſonē. Potius fuit reꝑhen-
ſus vt ſibi caueret tempore ſequen-
ti. q̄ ob culpabilem defectū tempo-
ris tranſacti, quia ſic Paulus iuſte
reprehendit beatum petrū, ſine hoc
vt crimē aliquod ſctō petro impona
tur. Reprehenſio iſta petri paſſiua
potius fuit diſpenſatio: aut preſer-
uatio medicinalis qua ꝑlati nr̄i tem
poris curandi ſunt: qui nimiū repre-
henſibiles h̄nt plagā illā que dicit̄
noli me tangere. Cū ꝑlati ſūt: nō ſe
putāt hoies ſ; deos d̄ quibꝰ dr̄. De
os vidi aſcēdētes de terra. Nec pu- 1.re.28.
tant ſubditos in faciem eorum poſ-
ſe inſurgere:cum beatꝰ petrus hoc
equanimiter paſſus ſit abſq; vllo vt
diximus pro tunc exiſtente peccato.
Crimen leſe maieſtatis arbitrantur
ſi eis in faciē reſiſtas:ita vt de quo
libet noſtre tēpeſtatis prelato dici
poſſet illud:quod de deo dixit Job.
Quis reſtitit ei,⁊ paceȝ habuit? Qui Job.9.



tranſtulit montes, et neſcierunt hij
quos ſubuertit in furore ſuo. Quan
do aperte non valet reprehēſus pre
latus montes. ideſt ſenes in furore
ſuo deprimere illos occulte reijcit a
ſe,nolēs ſecum habere cenſores,pe-
trus autem manſuetiſſimus non re-
pulit paulum,nec in reprehenſione
ſua excuſationem attulit,vt ſic nō ſe
excuſans accuſaret prefectos nr̄os
teneriores oculorum pupilla:que a
paruiſſima ſtipula ledit̄,⁊ a ſolo vē-
to,illi autem ſuſpitione ſola perſepe
leduntur,aut quia non arrides ipro
bitatibus eorum. Ad magnā igitur
laudem ſuam ⁊ oſtendendā manſue
tudinem reprehēſus fuit beatꝰ pe-
trus,et ad nimiā elatorum quidem
prelatorū confuſionē qui nullo mo-
do nec lingua medicinali tangi pa-
tiuntur aut conſilio ſalubri. Item re
prehenſus fuit diuina permiſſione
vt ſubditis auſuȝ daret etiam maio
res corrigere prelatos dū neceſſitas
affuerit.

Sextꝰ gradus prelatiōis eſt humilitas petri.

¶ Et ſi ex ꝓdictis elici poterat ſex-
tus huius cathedre gradus qui in
humilitate beati petri conſiſtit: pe-
culiarē tamen de ea mentionē faciē
tes diximus, ꝙ cum regulariter xp̄s
non exaltet, niſi de humilitatis ſter-
core quēpiam:⁊ hunc ſanctum tantū
exaltauerit liquide conſtat hūilitas
eius,que in illo notat̄ thematis ver
bo vbi dicit̄. Sapientiſſimus inter
1.pe.5.a. tres: aliud eſt inter aliud eſt ſuper.
Audierat petrus a xp̄o ꝙ reges gē-
tium dominantur eorum: ideo iubet
prelatus ne ſint dominantes in cle-
ro gentium more, ſed inter fratres
ſuos miniſtros ſe agnoſcant. Non
erat inter,ſed ſuper fratres ſuos ille
Eſa.14.d. qui arroganter aiebat. Aſcendam
in celo ⁊ ſuper aſtra dei exaltabo ſo
lium meum. O q̄ti ſunt hodie prela-
tiunculi qui ad profectum ſuum ex-
altari ſe putāt: ignorantes illud qđ
Eze.34.a. ſepe beatus Petrꝰ attendebat vbi
dominus per prophetam dicit. Lac
comedebatis. ⁊c,et ſequitur. Sȝ cum

auſteritate imperabatis eis: et cum
potentia. Hic imperium ſuperbie re
hcitur: et imperium humilitatis que
ritur,quod prius eſt ſuper humeruȝ
imperantis dum eadē ipe facit que
iubet. Alioquin eſſet vt phariſei no
lentes nec tangere onus quod im-
ponunt humeris aliorum. Dignus Mat.23.a
ergo eſt ſedium patris ſui chriſti pe
trus quem ad cathedram obtinen-
dam pater elegit dum ei reuelat que
ſunt ſupra carnem et ſanguinem: fi-
liꝰ dei eum examinat: ſi eum plus ce
teris diligat: ſpiritus ſanctus eum Mat.16.c
confirmat in die Penthecoſtes: qui Johā.21.d
ait. Ego confirmaui columnas eius
inter quas precipua fuit petrus du-
cens populum per deſertum. Huic Ps.74.
ergo ſic electo examinato et confir-
mato iure traditur cathedra chriſti
ſui. Maxime dum talibus gradibus 3.re.10.c.
aſcendit eam,figuratis in eis quos
habuit thronus Salomonis. Huiꝰ
beati apoſtoli plures figuram tenue Figura petri.
runt: Abraham in egreſſione de ter-
ra ſua ad terram diuinitus ei oſten- Gen̄.12.a.
ſam vbi in gentem magnam fit: ſic ⁊
Petrus egreſſus a Hieruſalem ve-
nit romam vbi caput efficitur. Figu-
ratur etiam in aaron vocatus ⁊ ele-
ctus a deo: et in mardocheo in ſe-
denti equo ſuper ſellam regis domi Heſt.6.c
ni ſui,et in Achior qui punitus pro
veritate ligatur ad arborem: et iſte
ad crucem. Sed ꝓcipue ſignatur in
moyſe duce filiorum iſrael,cuius di
citur eſſe cathedra ſynagoge, quia iudith.6.c
ſuper cathedram Moyſi ſederunt
ſcribe et phariſei. Petri autem eſt Mat.23.a
cathedra eccleſie: quia eam ſibi tam
q̄ doctori et ſucceſſori ſuo tradidit
chriſtus. Nam propterea ille quaſi
huius doctrine magiſter ſolus inter
alios intulit fidei determenationeȝ
dicens ipſi domino Jeſu, tu es xp̄s
filiꝰ di viui. Moyſes gratꝰ fuit quā Exo.2.a.
do Jetro ſocer ſuus eum reprehen-
dit. ſic Petrus reprehenſus a Pau-
lo. Ille aſſumptus eſt ab aq̄s a filia
pharaonis iſte a mari a filio dei: ille

rubū vidit ardere ſine combuſtione
in monte Oreb: iſte autē transfigu-
ratione in monte Thabor vbi chri-
ſtꝰ erat ſicut ſol. Jlle abnegauit the
ſauros egyptiorꝝ: iſte ait. Ecce nos
relinquimus oīa: ille miſſus eſt ad
pharaonē durum vt populū dei ſine
ret exire, iſte ad neronē impatorē du
riſſimū quem poſt martyriū territuꝫ
per ſomnia reddit. Moyſes eduxit
populuꝫ in colomna nubis, iſte etiā
in ſpiritu ſancto de medio nationis
praue: ille loquebatur cum angelo:
iſte cum deo: ille confeſſus eſt Chri-
ſtum magnum fore prophetam: iſte
ab ydolatria eos conuertit ad fidē:
ille tabernaculum diſpoſuit ꝛ ſacri-
ficia: iſte autem eccleſiam ꝛ miſſaruꝫ
ſolēnia: ille fratrem ſuum vnxit: iſte
vero beatū Andreā hortatur ad cru
cem, ſed moyſes nō intrat promiſſio
nis terram petrus autem et gloriam
quam michi preſtet ꝛc.

¶ De incarnatiōe dñi. Sermo. 18.
¶ Gratia plena dñs tecū. Luce. 1. c.
¶ Jnuocatio ſuper totū Aue maria.

Vt ait Sene.
Honeſtū eſt
quod ſua vi
nos attrahit
ꝛ amore nos
allicit. Un-
de faciliter
petitum ob-
tinemꝰ, ſi cir
cundamꝰ il-
lud honeſtate: qua debet ornari pe-
titio. Nam dum rome aliquid peti-
tur cauſa rationabili tegitur, vt ſū-
mus pontifex inclinetur petitioni di
cēs. Si ſic eſt fiat. Nunc in pſentia-
rum nuncius totius Trinitatis Ga-
briel veniens obtinere aſſenſum vir
ginis reparationi generis hūani, ta
lem in ſua petitione ſeruauit hone-
ſtatem dicens. Dña, magne miſerie
venio petere a te magnam miſericor
diam, ſine eo ꝙ tu aliquid perdas:
ſed lucreris in hac negociatione, ſic:
vt genitricis dignitatem obtineas.
et virginalem pudititiam non amit
tas, et ad hoc ſcias, ꝙ verbum dei in
tuis viſceribus vult hominem fieri
conditione predicta, ideo quia defe
ro totius trinitatis mandatū: vt ver
bum tuis ſacris viſceribus introdu-
cam, Gratia plena dominus tecum.
proficiat tibi. quoniā nichil obuiās
verbo dei in te poterit inueniri. Nā
et ſi vniuerſaliter dicatur. Ue ve ve
habitantibus in terra, ve in peccato Apo. 8.
conceptis: ve in ira natis: ve in ma-
lo inueteratis: tu autem dña ſine ve
concepta: ſine ira nata: ſine ve tota
vita conuerſata ac per conſequens
reſeruata ab omni labe peccati, ideo
aue. Uirgo aūt ait. Forte nō es miſſꝰ
ad me. Abſit: qꝛ noui te ex noīe Aue
maria. et ſcio interptatiōes eiꝰ. Nā
diceris illūinata: ꝛ illūinatrix, a deo
illūinata vt oēꝫ mūdū illūines: ideo
vt ſcōꝫ nomē tuū ſit laus tua. aue ma-
ria. etiā o angele dei poterit incōue-
niens eſſe, ꝙ a paupe multū petas.
abſit dña mea. Nā tā diues es: ꝙ af
fluēter das, ꝛ nō iproperas, et ſemp
tibi manet: qđ ꝯferas tuis. Jdeo grā
plena tota plenitudine: vt oēs capi
ant ex tua redūdātia. Caueas beate
angele: qꝛ periculū eſt a mulieribus
petere: qñ vir eſt abſens. Dña nec p
pterea periculū erit. qꝛ dñs tecū qui
nūꝗ̄ deeſt tibi. nūc eſt tecū in mēte: ꝛ
pax deinceps erit tecū in ventre. O
angele qꝛ nō ſum digna, nec meritū
inuenio in me. O Virgo ignara tui: qꝛ
nunc veni per oīs angelorꝝ choros
et cūcti aiunt. Bñdicta tu inter mu-
lieres. O angele qꝛ ſum ſterilis, non
dña qꝛ benedictꝰ fructꝰ ventris tui.
Uñ aue pter totalē decorē, Maria
pter dñationē, grā plena pter tu-
as opes, dñs tecū pter ſocietatē, bñ
dicta tu pter pulchritudinē: īter mu
lieres pter pietatē: ꝛ bñdictꝰ fructꝰ
ventris tui propter fecunditatem: ꝛ
ora pro nobis propter noſtram ne-
ceſſitatem: ſed genibus flexis totuꝫ
ei aue.



ei aue preſentemꝰ pter vrbanitatē
¶ Argumētum vbi oſtēditur ꝙ vni-
ca eſt Maria.
Unice videtur ſalutari Maria non
quocūqꝫ ſed a magni conſilij ange-
lo totius trinitatis decreto, nam eſt
angelus non ab alio angelo miſſus
ſed a deo, qui dedit ei os et ſapiētiā
vt virginē ſalutaret vnice. Nec mirꝫ
qꝛ vnica eſt colūba iſta. ꝗus oīa in
nūero pondere ꝛ menſura deus, (vt
Sap. 11. d. ait ſcriptura) conſtituit. extra omnia
Unica eſt btā maria gratia plena. eſt maria, qm̄ ob excellentiam quod
eſt principiū exercitus numerari nō
ſolet, nam dux non cōputatur inter
milites, nec platus inter fratres: nec
ſol inter aſtra: Jure deniqꝫ vnica eſt
maria et extra numerū quia vnitas
non eſt numerus ſed principium nu
meri, ab ea que eſt primogenita an
te omnem creaturam incipit numerꝰ
electorꝝ: ideoqꝫ in capite libri, in ca
pite verbi dei ſcriptum eſt de ea, que
verbum dei coronauit precioſo dya
demate. Nec in pondere ceterarum
rerum eſt Maria, que qm̄ mater dei
Num. 7. c. eſt quandā habet infinitateꝫ anne-
xam. Si aūt eam ponderare volue-
ris, caue ꝙ ſit iuxta pondus ſanctua
rij, quod erat a ceteris ponderibus
ſeparatū. ſanctuariū eſt humanitas
xpi. De menſura ſimiliter nō eſt que-
ſtio, qm̄ immenſitatē dei ſuo contu-
lit gremio capaciſſimo. Unice igitur
ſalutanda eſt maria, cuiꝰ nature bo
Cāt. 6. c. na innumerabilia, qm̄ adoleſcentu-
larꝝ eius non eſt numerus. ꝛ eiꝰ gra-
tie bona pondꝰ excedunt, qꝛ ideo dr
ꝙ pro domo dei ꝯſtruenda tantū ar-
gentum erat in hieruſalē, ꝙ pondus
excederet, ꝛ eiꝰ glorie beatitudines
menſurā ſupergrediūtur, ideoqꝫ di-
citur circundata varietate, ꝛ omnis
lapis precioſus operimentum eius.
Ecce igitur quomodo vnica eſt Ma
ria, que ſupgreſſa eſt vniuerſas. nec
mirum, qꝛ quod expēditur domi me-
tiri non ſolet: ſed ex aceruo ꝛ horreo
accipitur ſine menſura, quod extra
domum educitur metitur, quod ve-
ro intra impartitur, abūde datur, qꝛ
ideo dicitur. Gloria ꝛ diuitie in do-
mo eius. Gloria inꝗ̄ ſine menſura, ꝛ
diuitie ſine nūero. quia quod intra
domum expenditur, nō menſuratur.
O dñe deus: qꝛ dum velles filio tuo
recenter ſtabilire domū extēdiſti ma
nū tuam ad retribuendum: qꝛ gratia
plena ordinabatur ad dñs tecum ſi
cut domus habitatori. Sꝫ dñs iſte
ſolus nō eſt, immo milia milium mi-
niſtrant ei, ꝛ pro oībus iſtis. domus
eius gratia plena eſt: qm̄ ipſa dixit. Eccli. 24. b
Jn plenitudine ſanctorum detentio
mea. Ergo de plenitudine eius oēs
accipiāt: captiuus redēptionē, eger
curationem, triſtis ꝯſolationē, pecca
tor veniam, iuſtus gratiā, angelꝰ le-
ticiā, deniqꝫ filius dei humane natu
re ſubſtantiam, ꝛ tota trinitas gl'iaꝫ
Hec omnia ergo q̄ diximus contem
plans angelꝰ ait. Grā plena dñs te-
cū. Quātus eſt dñs ſecū et ꝗ̄ti talis
dñi ſerui talis eſt gratie plenitudo.
¶ Tria poterunt eſſe puncta ſermōi
Primo de hoſpita magna. Secūdo Diuiſio.
de magno dño. Tertio de ſeruis hu
ius dñi. qm̄ hec tria includuntur in
themate. Quo ad primū aduerte: ꝙ
vt aiunt ſapientes, eiuſdem eſt conſi Prima ps
derare finem, ꝛ ea que ſunt ad finem
ex qua ſentētia prouenit, ꝙ hoſpitia
diuidentes in curia, iuxta qualitatē
dñorum aſſignant domos conſenta
neas magnatibus. ſ. ditiores ꝛ orna
tas: eaſqꝫ iubent decentius pparari
Cum ergo ſpūs ſanctus ductor ver-
bi iuxta eius qualitatē ei domū ppa Gen. 24.
raſſet: ꝛ eliezer ſeruus Abrahe hoc
intellexiſſet ait. Hec eſt mulier quaꝫ
preparauit dñs filio dñi mei, tamen Gen. 24. b
altius repetamus hoc fundamentuꝫ
ſcꝫ ꝙ eiuſdem eſt conſiderare finem
et ea que ſunt ad finem. Naꝫ ex hac
ſententia elicitur ꝙ in eterna prede
ſtinatione includuntur media ad il-
lam. ſcꝫ diuiſiōes gratiarꝝ, alioquin
parum pdeſſet predeſtinare, niſi et
medium aſſequendi contuliſſet miſe finis pdeſtinationis
ricors pater. Huiuſqꝫ ꝛ ipſa pdeſti

natio et medium pꝛedeſtinationis
nõdum efficaciter venerãt, velut ſo-
pita ſeu non bene incepta manebãt
Nonne finis pꝛedeſtinationis eſt
incarnatio verbi? Alioquin ipſe deꝰ
Joh.17,a. non diceret. Hec eſt vita eterna, vt
cognoſcãt te deum viuum et quẽ mi
ſiſti Jeſum chꝛiſtum, pꝛedeſtinauit
nos deus ad ſe, et incarnatio verbi
eſt ad ipſum deum, ergo finis pꝛede
ſtinationis eſt incarnatio verbi, que
ideo dicit̃ nuptie agni, ad quas ele-
cti vocantur etiam ab eterno.
Medium aſſequendi pꝛedeſtinatio
nis effectũ eſt gratia incarnati ver-
bi. Utrumꝙ igitur amplexus eſt an-
gelus et pꝛedeſtinationem, et me-
dium ad illam quando dixit. Gratia
plena dominꝰ tecuꝫ. Ubi aduerte ꝙ
quãdo deficit gratia. pꝛedeſtinatio
videt̃ fruſtrari, gratia que antiquis
patribus collata erat, deficiẽs fuit
et non plena, ideoqꝫ nũc datur gra-
tia plena Marie matri oĩm pꝛedeſti
natoꝛum, ⁊ ne quiſpiaꝫ timeat huiꝰ
gratie defectionem dicitur ei. Domi
nus tecum, qui factoꝛ eius eſt: quo-
niã gratia ⁊ veritas per Jeſum xp̃m
facta eſt ideo: ſecura dicat nobis ma
Johã.1.b. ria. Uenite ad me omnes qui concu-
piſcitis me. ⁊ a gñrationibus meis ad
Ecli.24.c implemini, quoniã in me omnis gra
tia vite ⁊ veritatis. Pꝛedeſtinamur
ergo ad filium dei: qui in matre ſua
medium pꝛedeſtinationis noſtre po
ſuit. ſcilicet plenitudinem gratie, vt
Judith.13. nobis oĩbꝰ dicat. In me ancilla ſua
adimpleuit miſericoꝛdiã ſuam, quaꝫ
ꝓmiſerat domui iſrael. Nec mirꝫ er-
go ꝙ maria dicatur. gr̃a plena, quo-
niã in ea deꝰ adipleuit oĩꝫ miſericoꝛ
diã. quã pꝛomiſerat antiquitꝰ ꝑ pꝛo
Heb.1.a. phetas ſuos, qꝛ multiphariã multiſ-
qꝫ modis olim deus loquẽs patribꝰ
in ꝓphetis iurauerat daturũ ſe no-
bis, vt habitaret in nobis. O felices
ſi inhabitet gloria in terra noſtra, q̃
nichil aliud eſt ꝙ̃ gratia plena dñs
tecũ. Dũ autẽ glĩa hec deſcẽderet vt
plenitudinẽ tẽpoꝝ ꝓoꝛnaret. nõ iue
nit vbi requieſcet, qꝛ totꝰ mũdus in
maligno poſitꝰ erat, ⁊ oĩs terra erat
tributaria pharaoni ꝑter ſacerdota
lẽ, ideo trinitas voluit hoſpitiũ ꝑpa
rare xp̃o ſuo vtens arte ſua, ⁊ eſt illa
de qua ait btũs thomas, Quos deꝰ
ad aliq̃d eligit, ſic eos ꝑparat et di-
ſponit: vt ad id exequẽdũ ſit idonei,
erat maria ad aliq̃d ⁊ ad multũ ⁊ ad
totũ electa etiã ab initio ⁊ ante ſecu
la nõ ſolũ ꝙ̃tum ad eſſe ꝑ deale ſicut
alie creature, ſed ꝙ̃tũ eſſe ꝑelectiõis
⁊ dignitatis ⁊ mr̃nitatis. Naꝫ ideo
ait: Ab eterno oꝛdinata ſum, ⁊ ex an
tiquis anteꝙ̃ terra fieret. Erat autẽ
intentio dei eã in ſotiã aſſumere ad
effectum ꝑdeſtinationis ⁊ mundi re
dẽptionẽ, ſicut adam accepit euã ad
mundi adipletionẽ. Uis videre quo
modo btã ꝟgo adiuuat filiũ dei au-
di, qñ ꝑparabat celos aderã, ecce re
paratione celi: quando certa lege et
Cũ deo eſt Maria in omnibus. puer.8.b. giro vallabat abyſſos, ecce limbi ex
poliationẽ, quando appẽdebat fun
damẽta terre. ecce mundi redẽptio
nem, fundamenta terre fuerunt adã
et Eua velut duo lateres, cum eo in
quit Maria eram cuncta componẽs
Cum ergo ad hec elegit eam deus
et pꝛeelegit eam, opus fuit eã diſpo-
nere et oꝛnare confoꝛmiter ad illum
dominũ qui ſecum futurus erat. Nã
pꝛopterea decuit, virginem ea puri-
tate nitere, qua maioꝛ ſub deo ne-
queat intelligi. Nam verbum eſt cã
Sap.7.d doꝛ lucis eterne: et ſpeculũ ſine ma
cula: dei maieſtatis imago: quẽ q̃dẽ
deus pater vnicum filium de coꝛde
ſuo genuerat equalem, virgini da-
re decreuerat: vt eſſet vnus idemqꝫ
dei et hominis filius. ⁊ quam ſibi fi-
lius ſubſtãtialiter matrem facere eli
gebat, et in qua ſpiritus ſanctꝰ ope
raturus erat, vt ex ea conciperetur
et naſceretur ille de quo ipſe pꝛoce-
debat. Uideas ergo qualiter ꝑparã
da erat, que ad tantum opus electa
erat: tam curioſe eam ſibi diſpoſuit
deus: ꝙ angelus abiẽs eã cõtẽplatꝰ
Apoc.21. ait. Uidi ciuitatem ſanctã hieruſalẽ



nouam deſcendẽtẽ de celo a deo pa
ratã ſicut ſponſam oꝛnatã viro ſuo.
⁊ Auguſtinus ait. Summa dei ſapiẽ
tia nullã in maſſa vſqꝫ totiꝰ mundi
ꝑctã deleret. q̃re in officio ꝯceptio-
nis marie, in qua receptꝰ eſt deus ꝑ
fidem in aĩa mũda, ⁊ in carne factus
homo abſqꝫ macula. Tota pulchꝛa
es o Maria in aĩa, et macula carnis
non eſt in te. quia nil erat in templo
quod non auro tegeretur. Uide hu-
ius templi laboꝛes et coloꝛes, quia
benedictionem omnium gentium de
dit illi. ibi erat Abel innocẽtia. ſpes
Noe, fides Abꝛahe, tollerantia Ja-
cob, humilitas Dauid. ſapiẽtia Sa-
lomonis, ſanctitas Delboꝛe: virgi-
nitas Johannis, hoſpitalitas Mar
the, cõtẽplatio Magdalene, et oĩa
in gradu heroico pura ⁊ ꝑfecta. Ubi
2.pali.7. detinetur maria in plenitudine ſan-
ctoꝝ audiens deum dicentem. Ele-
gi ⁊ ſanctificaui locum iſtũ, vt ſit no
mẽ meũ ibi ⁊ ꝑmaneãt oculi mei in
ea cunctis diebꝰ. Ueniat iã hoſpes
qꝛ iã ſapientia edificauit ſibi domũ
de qua Hiero. ait. Talibꝰ nãqꝫ dece
bat ꝟginẽ oppignerari mũeribus, vt
eſſet gratia plena q̃ dedit celis glo-
riã: terris deũ: fidem gentibus: pacẽ
hoĩbus: finẽ vitijs: vite oꝛdinẽ, moꝛi
bus diſciplinã, qꝛ ſic eſt domꝰ oꝛna-
Agge:2.b. ta, veniat, veniat iã deſideratꝰ cũctꝭ
gẽtibus. Ueni (ait dñs) gabꝛiel, cito
ꝙ ad petitionem Ade a meis cogoꝛ
deſcendere ſedibus, quia quem ad
imaginem meam plaſmaui peccatũ
deſtruxit: lupus meum depaſcit pe-
cus: deſerta eſt ꝑadiſi poſſeſſio: clau
ſus eſt voluptatis agellus: lignum
vite flamea rumphea cuſtoditur, mi
ſereoꝛ erranti, appꝛehendere cupio
hoſtem, ⁊ ad hoc in viſceribus Ma
rie latitare. Tibi pando ſecretuꝫ: ad
eam pꝛopera ad ciuitatem animatã
ad celũ i terra ſitũ, ad ꝑadiſũ rõnalẽ
ꝑge, ⁊ ad ꝟbi mei digniſſimũ habita
culũ ꝓpera, narra ei conſiliũ decre-
tũqꝫ totius trinitatis. ⁊ eſt: ꝙ qꝛ ver
bũ diuinũ eã vult: ipſa quoqꝫ cupiat
illud. Tũc miſſꝰ eſt angelꝰ, vſqꝫ cogi
tabat q̃lis eẽt iſta ſalutatio. cogita- Prudẽtia
tio pꝛudẽtie ꝯcepit ſaluatoꝛẽ, ⁊ quia marie.
nõ cogitauit eua ꝯcepit doloꝛẽ, ⁊ pe-
perit iniquitatẽ. Nam ſi aduerteret
ꝟba ſerpẽtis videret fallatiã. Dice-
bat eñi i qua hoꝛa comederitis. ape-
rientur oculi veſtri, ⁊ eritis ſicut dij
ſcientes bonũ ⁊ malũ. Comeſtio nõ
oꝛdinat̃ ad ſcire ſed ad viuere, nec
poſt pꝛandiũ aut cenã aperiunt̃ ocu
li, ſed ob ſomnũ claudũtur. Ergo qꝛ
non cogitauit deluſa eſt. ne ignauia
ſimili caperet̃ maria cogitabat: qua
lis eſſet ãgeli ſalutatio, ac ſi diceret
intra ſe. Qualiter in domo mea lu-
tea, quia domus luteas habitamus
dominꝰ gloꝛie hoſpitabitur? Quid
ergo eſt dominꝰ tecũ? Unde hoc mi
chi vt veniat dñs maieſtatis, rex glo
rie: dux angeloꝝ ad hoſpitiolũ meũ Hũilitas
Dñe non ſuꝫ digna, vt intres ſub te marie.
ctum meũ: impera quod vis a domo
eternitatis tue: tantum dic verbo, et
obſequar. Nã turbata ſuꝫ cũ audirẽ
Dñs tecum. Plus turbareris o ma-
ria ſi ſcires quãtum pꝛoperat domi
nus ad te: En iſte venit ſaliẽs in mõ
tibus: tranſiliẽs colles, nec detinet̃ Cãti.2.b.
in choꝛo angeloꝛum: nec in genere
patriarcharum, aut regum, vel pꝛo-
phetarum, ſed ad te ſemẽ abꝛahe ꝑ
perat: qui cum in foꝛma dei eſſet: nõ
rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe equa-
lem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit Phil.2.a.
foꝛmam tuam accipiens, habitu in-
uentus vt homo, vt te ⁊ nos teneat
ſocietate deuinctos: ideo dominus
tecum et mecum: ſed longe plus te-
cum ꝙ̃ mecum. quia tecum tamꝙ̃ fi-
lius: mecum vt dominus: tecũ vt mi
ſericoꝛdiarum pater: mecũ vt iudex
quoniã habeo quod dãneꝫ in me: in
te autem non eſt aliquod ve. Maria
vero cum ſuſpenſa ac mirata tenere
tur, ⁊ ex multo admirari inceptũ ſit
philoſophari. ait intra ſe. Quomo- Dñs tecũ.
do dominus tecum? Nam video ma
gnam difficultatẽ tam ex parte dei ꝙ̃
ex ꝑte mea. nã licet admicabilia ſint

ad alterū.non tamen de ſeruo ad do
minū ſuū,quia dñi ad ſeruum eſt be-
niuolentia,⁊ ſerui ad dñm eſt reue-
rentia.ſolum autē inter equales eſt
amicitia et ſocietas.⁊ ideo dicit.Di
Eccli.13.a tiori te nō eris ſotius.Quomodo er
go ais.dñs tecū: cū non bene cōue-
niant maieſtas et amor?Audi dña ⁊
vide:qr vbi eſt magna affinitas ibi
magna contrahitur amicitia.Cū er-
go deꝰ ſe iactet de cognatiōe tua di
cens.Hanc amaui,⁊ exquiſiui a iu-
Sap.8.a. uentute.i.ab eternitate mea,et non
ſe detineat,donec te in matrem acci-
piat.⁊ generantis ad genitum ſit na
turalis amicitia hinc eſt,ꝙ dñs tecū
etiam naturaliter ſicut filius cū ma-
tre.Nam deus prudenter hoc aget
quia ſemper ſoli queſiuit ſocietatē,
ne cum ceciderit, careat ſubleuan-
te ſe.aut conſolatore: nam ideo vbi
non eſt mulier ingemiſcet eger.Cū
ergo dei filius ſperet:ſe ſolum vide-
re in torculari crucis appēſum ⁊ ab
oībus notis ſuis derelictū.qm̄ de gē
tibus non erit vir ſecum.ex nunc te
matrem vult capere ac per amicitiā
⁊ ſocietatē deiūcire:vt ambo nec in
morte ſitis diuiſi,de qua amicabi-
Joh̄ā.19.e li ſocietate dicet.Stabat iuxta cru-
cem Jeſu mater eius.Et ratio huiꝰ
ſtationis nunc oritur,nunc formatur
qr radix meritorum crucis et paſſio
nis eſt volitio,quam habet in viſce
ribus matris.In vtero virginis rati
ficauit filiꝰ dei:que ab eterno decre-
uerat,et in cruce adimpleuit omnia,
qn̄ dixit.Cōſummatum eſt.Et ratio
ne ratificationis habuerūt efficatiā
duo ſacramenta.ſ.baptiſma ⁊ eucha
riſtia añ crucē,Vult ergo deꝰ eſſe te
cū in ratificatione pariter et in adim
pletione,vt teſtimoniū exhibeas ve
ritati:et in te conſummet:quod in te
fuit inceptum.Nam de te dr̄ ꝙ atin-
gis a fine vſqꝫ in finem.Oportet er
go vt mundo prebeas huius rei te-
ſtimonium ⁊ fidē.Stabat ergo iux-
ta crucem Jeſu mater eius: vt vide-
ret ꝑfici iuxta ſe:quod in eius viſce
ribus fuerat inceptum.et quomodo
nil deficiebat.Ergo dñs tecū: vt ſis Ornatus
ipſa ſecum.Si autē queris:quomo- marie.
do tantū hoſpitē valeas recipere.
Nec habeas qui te ornare domū ad
iuuet.Spūs ſanctus ſuperueniet in
te:⁊ virtus altiſſimi obūbabit tibi
ipſe ſpūs ſanctꝰ dabitur tibi in per-
ſona,vt ſuppleat inmediate vicem
viri,⁊ efficiat in te quod naturaliter
vir facere poterat,nec ſolum ſpiritꝰ
ſanctus ſupplere dignabitur vicem
viri.ſed vim generatiuā tibi tribuet
vt nō virili ſemine ſed miſtico ſpira-
mine concipias,⁊ ſic inuenta eris in
vtero habēs de ſpiritu ſancto,quia
ſpūs ſanctus ſuperueniet in te,⁊ ad
huc ſecundario ſpūs ſanctus dabit
tibi in donis ſuis,quapropter virtꝰ
altiſſimi obumbrabit tibi appendēs
ornamenta domui tue.⁊ te tapetibꝰ
gratiarum ornabit.O mira ornamē-
ta mater ⁊ ꝟgo,deus et homo,fides
et cor humanū,que omnia arte miri
fica inuenientur in te,⁊ ꝙ tantā ha-
beas impeccabilitatis gratiā in ter-
ris:ꝙtam angeli in celis,⁊ ſuꝑ hec
oīa preparator hoſpitij tui ait de lo
co vteri tui.Erit in ſolium glorie do Eſa.22.
mui patris ſui,⁊ ſuſpendent ſuꝑ eū
oēm gloriam domus patris eius,va
ſorū diuerſa genera.Omne vas par
uulū a vaſis craterarum vſqꝫ ad omne
vas muſicorū,quia ex te gratia ple-
na implebuntur omnia vaſa hoīm ⁊
angelorum craterarum ⁊ muſicorum.
¶Nūc de ſeruis huiꝰ magni dñi q̄ Scda p
eſt cū maria videamꝰ aliq̄d.nobis
nāqꝫ dr̄.Querite dñm,dum inueniri Eſa.55.
poteſt,inuocate eum dum prope eſt.
Nūc maria īueniri pōt,⁊ in ea ꝓpe
eſt omnibus ſeruis ſuis,et tam ꝓpe
vt de dño fiat iam frater.quia in ea
et per eā caro noſtra ⁊ frater noſter
eſt:immo ⁊ ex Maria paruulꝰ fit no
bis magnus dñs,⁊ filius datus eſt
nobis.Unde beata virgo anime cu-
iuſlibet noſtri,perſonat verba q̄ au
diuit ab angelo.ſ.gratia plena dñs
tecum,ipoſſibile eſt,ꝙ deſit dñs grā



plenis,⁊ plenꝰ eſt gratia ille cū quo
dñs eſt.Felix qui ꝑegrinationis ſue
dñm ſuum meruit habere conſortem
cui ſecum ꝯmoranti propheta dixit.
Ps.22.c. Nam ⁊ ſi ambulauero in medio vm
bre mortis,non timebo mala qm̄ tu
mecum es.Dñs ꝓtector vite mee a
quo trepidabo? Uiator multis indi
Septē pre get.Primo ſocietate ne triſtetur.Se
ſtat dñs in cundo lumine vie ſue,ne offendat pe
carnatus. dibus.Tertio directione ne erret.
Quarto expenſis ne fameſcat.Quin
to protectione ne depredetur.Sex-
to receptione,vt quieſcat.Septimo
premio ne fruſtra laboret.Hec oia
dñs noſter eſt nobis.Quia quo ad
Gala.4.a. primū dr̄.Nichil differt a ſeruo cum
ſit dñs oim:ecce quomodo ſotiꝰ eſt
nobis ſeruis ſuis dñs,quo ad ſcōm
dr̄.Erit tibi dñs in lucem ſempiter-
Eſa.60.d nā,quo ad tertium dr̄,Dñs ſolꝰ dux
Deu.32. eius fuit.Solus dr̄:quia iam nō ege
mus moyſe.quo ad quartū dr̄.Ego
Ps.80. ſum dñs deus tuus,qui eduxi te de
terra egypti:dilata os tuum: et iple
bo illud,quo ad quintū dr̄.Dñs for-
Ps.23. tis ⁊ potens: dñs potens in prelio.
Dñs virtutū nobiſcū ſuſceptor no-
ſter deꝰ Jacob.i.luctatoris.quo ad
ſextum dr̄.Manus dñi erat mecum
Eze.3,c. confortans me.De ſeptimo autē di
citur.Uidi dñm ſedentem ſuper ſo-
Eſa.6.a. lium excelſum.⁊c.Nunc autem recē-
ter conceptus hec oīa preſtat domi-
nus ſeruis ſuis quibus eſt ſotius,qr
pariter nobiſcum viator.⁊ eſt lumē
ad reuelationē noſtrā in laterna vte
ri marie illuminatricis,⁊ dirigit viā
fidei noſtre ad ſecretiora velaminis
et quarto nutrit exinde conſolatiōe
ſuos etiā Johānē,quinto protegit
matrem,ſexto recipit ad ſe totam do
mum zacharie.ſeptimo premiat ani-
mā ꝟgis.Mira ſunt iſta ſeptē: que
nūc operatur dñs ī medio terre ſan-
cte vteri ꝟginalis,vnū tm̄ moneo,ꝙ
qn̄ vobis dico.Dñs tecū etiā econ-
uerſo tu dicas.Et ego ero ſecū.Nā
ſcriptū eſt.Dñs vobiſcū qr fuiſtis
2.Pa.15.a. cum eo.Nā dñs iuſtꝰ noſter plꝰ eſt
cū illis qui magis ſunt cū eo,qui aūt
cū eo fuerint,nō erūt ſerui vitiorum ſꝫ
etiā dñabuntur aſtris ⁊ malis ꝯſtel-
lationibꝰ ſuis,nā hic eſt Jeſus dñs puer.16.
dñantiū aīo ſuo ⁊ ceteris aīantibus
terre.Ad hoc eñ eſt nobiſcū dñs:vt
nationibus vitiorum dñemur,⁊ beſtijs
q̄ mouent in terra corporis noſtri:ac
paſſionibus anime noſtre. Ea q̄ in
toto ſermone prediximꝰ miſteria in-
carnationis dñice,figurātur,vbi di-
citur.Regina quoqꝫ Saba cum au-
diſſet famam Salomonis venit vt 2.pa.9.a.
tentaret eum in enigmatibus in hie Figura in-
ruſalem cum magnis opibus et ca- carnatiōis
melis,qui portabant aromata ⁊ au-
ri plurimū,gemaſqꝫ precioſas.Cū-
qꝫ veniſſet ad Salomonem locuta
eſt ei quecūqꝫ erāt in corde ſuo,⁊ ex-
poſuit ei Salomon omnia que ꝓpo
ſuerat,nec quicq̄ fuit quod nō ꝑſpi
cuū ei fecerit.Que viſa eiꝰ ſapiētia
⁊ domo quā edificarat,⁊ conſpexe-
rat cibaria menſe eius.⁊ habitacula
ſeruorum:⁊ officium miniſtrorum eius,et
veſtimenta eorum,pincernas quoqꝫ et
veſtes eorum,⁊ victimas quas immo-
labat in domo dñi,non erat pre ſtu-
pore vltra in ea ſpūs.Dixitqꝫ ad re-
gem.Uerus eſt ſermo quem audierā
in terra mea de virtutibus et ſapien
tia tua,non credebam narrantibus:
donec ipſa veniſſē et vidiſſent ocu
li mei,et probaſſem vix medietatem
ſapientie tue michi fuiſſe narratā:vi
ciſti famā ꝟtutibꝰ tuis.Bti viri tui
et beati ſerui tui,hi qui aſſiſtūt corā
te.Hec regina Saba q̄ eſt humani-
tas xpi.Nā Saba interpretat̄ capti
uitas,eſt ergo regina captiuitatis
hūanitas redemptoris,q̄ captiuam
duxit captiuitatē filiorū ade:quibus
dona dedit.Nam dñs tecum nō eſt
ocioſus ſed victoriam et plenitudi-
nem gratie ſecū affert.De hac regi
na que nūc in thalamo viſcerū Ma
rie ſedit ſcriptum eſt.Regina auſtri
ſurget in iuditio cum generatione Mat.12.
iſta,ſcilicet malorum,⁊ condempna-
bit eam,quia venit a finibꝰ terre au-

dire ſapientiam ſalomonis. Auſtri
regina eſt chriſti humanitas, q2 flan
te ſpiritu dñi cōcepta eſt, ⁊ q2 in eiꝰ
ſcilicet humanitatis forma xp̄s iudi
cabit. Tunc ſurget in iuditio contra
incredulos, Quis nunc iaceat in vte
ro virginis. a finibꝰ terre dr veniſſe
quia procul ⁊ de patriarcharuꝫ vlti
mis finibus preciū eiꝰ, hec eo modo
quo erat in finibus ſuis audiſſe di-
cit ſapientiam verbi. Salomō quip-
pe verbum dei figurat. quod quideꝫ
eſt vera dei ſapientia excedens om-
nes orientales. i. angelos. Per p̄ri-
archas ergo ⁊ ꝓphetas. qui ſunt fi-
nes a quibꝰ venit, ꝑſonat fama ver-
bi incarnandi ac ſapientie humanā
de. hec humanitas venit tentare fi-
lium dei in enigmatibus paſſionum.
Nam ſuam paſſionem vocauit ten-
tationem, dum in horto apoſtolos
hortaretur ad vigilādum ſecum. ne
ſomno ſepultos eos caperet iudas
peſſimus vigil. Unde incarnationi
adiūcta eſt paſſio. ideo enim diximꝰ
Marie. Dominus tecum vt .ſ. ſecū
ſis iuxta crucem, ſed nunc tempore
pacis agitur d̄ bello: ideoqꝫ dicitur
veniſſe in hieruſalem. Quia nunc
in pace factus eſt incarnationis lo-
cus. Uenit inſuper hec regina cum
magnis opibus et camelis, quia di-
uitias gratiarum vult ex nunc pec-
catoribus elargiri, eoſqꝫ aromatibꝰ
et auro ac gemis onerare. Aromata
ſunt orationes digne, aurum eſt re-
demptio integra, gēme ſunt virtu-
tes perfecte: que omnia inſunt ani-
me chriſti ab inſtanti conceptionis
ſue, eaqꝫ ex tunc decreuit camelis im
ponere: vt beſtie peccatores place-
ant deo, et ob eius merita recipian-
tur ab eo. et ſequitur in prel:bata fi
gura. Cumqꝫ veniſſet ad Salomonē
que erant in corde ſuo expreſſit ei.
Aduentus huius regine ad Salo-
monē eſt vnio humanitatis ad ver-
bum dei filium. Poſt hanc vnioneꝫ
ypoſtaticam fruitiōe plenam ⁊ glo
ria: primum q̄deꝫ quod fecit anima
illa beata, fuit orare pro omnibꝰ p̄-
deſtinatis: qui ab vnione illa fuerūt
in corde ſuo. Nam ideo dicitur. Ac- Ps.63.
cedet homo ad cor altuꝫ. ſcilicet cor
ſecretum, quia hoc ſecretum caluit, ⁊
videns neceſſitatem eorum pro eis
orauit. ⁊ exaudita eſt pro ſua reuerē
tia, et pro filij dei clementia. ideoqꝫ
ſequitur. Expoſuit ei Salomon om
nia que propoſuerat. pro nobis re-
dimendis propoſuerat multitudinē
dolorum ſuorum in corde ſuo: quos
paſſura erat, quos verbum expoſuit.
dum eorum merita predeſtinatis ap
plicuit: quorum cuilibet propterea
dixit ex tunc. Dominus tecum. eos
ſalutans: eiſqꝫ dans ſalutē Jeſum.
tres maria que hodie in ſigno ma-
gno cō deſcēdit nobis: ipſa eſt ⁊ que
aſcendit vſqꝫ ad theſauros dei: cu-
ius eſt decretum vt qui ſe humiliat
ei veraciter et voluntarie, exaltetur
ab eo: qui ait humiliato. Aſcende
ſuperius. Memores eſtote fratres
quod dixerim vobis hoc feſtum
magis noſtrum eſſe quam marie ſi-
cut et feſtum elyſabeth magis eſt
viſitate quam viſitantis. Hodie ma
ria viſitat eccleſiam quia mater eiꝰ
eſt. ⁊ apparuit pape et deuotis ſuis
vt ei conſtruerent peculiare habita
culum quia magnificauit manere
nobiſcum, ac ſi noſtre delitie fuiſ-



ſent eſſe cum ea. Hac ergo humilita
te qua hodie a ſummo celo egre-
diens ſignum magnum in terra fecit
hac eadem aſcendit vſqꝫ ad initiuꝫ
viarum dei: quo ſe dicit ab eo poſ-
ſeſſam: vt ditet diligentes ſe, et the
ſauros eorum repleat: ex eo quod ip
ſa poſuit in theſauris eius. Hoc for
taſſe audire cupitis: quod non aliud
eſt, niſi qđ in magno ſigno de celo
Deū veſtit exhibito apparet hodie. Nam ſi-
maria lana gnum preter id quod ingerit ſenſi-
niuea. bꝰ, aliqđ aliud repreſentat, et ſignū
hodiernum quia niueum eſt. illam
niueꝫ repreſentat de qua et vos cra
ſtina die audietis. Ueſtimenta autē
Dani. eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ſi-
7.c. mile de antiquo dierum legitur: cui
milia milium miniſtrant. Niueas ve
ſtes fratres mei maria poſuit in the
ſauris ſuis, quibus chriſtus poſtera
die curias celebrat vbi precioſis in-
duetur veſtibꝰ: quales nec ipa regi
na ſaba attulit ſalomoni. Nam in-
ter mulieres ſola maria dat niuē ſi-
cut lanam: vt ex pſalmographo au-
diſtis. Ubi tu ſecūdum auguſtinū
animaduerte: quod lana materies
eſt veſtimenti, et maria ex ſanguini
bus ſuis puriſſimis dei filium veſti-
uit: ei cuſtodiuit niueam virginita-
tem ſuam: ex qua veſtitus eſt. Hanc
niuem mariā puriſſimam dico ſicut
lanam ipſe dei filius inuenit, hoc eſt
ydoneam ad ſe veſtiendum huma-
na: et pariter mūdiſſima carne. Om
nes alias exquirēs, laneas inuenit
quia ex eis poterat carnem aſſume-
re: ſed non preſtiterunt ei lanam ni-
ueam: nec carnem tam puram ꝙ di-
ximus, ideo hec inhabitatione ſan-
cta coram ipſo miniſtrat niueam la
nam: qua veſtita ad nos vſqꝫ veniat
diuinitas, que non habitat in corpo
re ſubdito peccatis. Hec niuea lana
quam maria poſuit in theſauris dei
ſignatur in vellere gedeōis. cuius
ſacra ſcriptura mirabilia refert qꝛ
mirabile fuit ſignum ac ſignaculuꝫ
certū victorie pplī dei iſrael, de quo

pſaltes ait. Deſcendet ſicut pluuia Ps.71.
in vellus. O peculiaris gloria vir-
ginis in quam a ſummo celo dei fili
us deſcendit, vt ſaluum faceret ge-
nus humanum. Sed deſcendit ſicut
pluuia in vellus: quando virtus al
tiſſimi obumbrauit ei, vt ſine ſtrepi
tu deſcenderet: non vt grando: ſed
placide in placidam, quiete in quie-
tam ſuauiter in ſuauē: benigne in be
nignam, iocunde in iocundam ſicut
pluuia in vellus. Sed ad quid deſcē
dit? Pluuia lanaꝫ lauat: et terram ri
gat, lauat ad emūdationem: rigat
ad fructificationē. Sic pfecto aqua
ſapientie ſalutaris virginem fecun Pluuia
dat: et mundat, mentem mundat: vē- gatie i vir
trem fecundat primum ad altiſſimā ginem.
puritatem ſecundum ad excellentiſ-
ſimam prolem. O puritas mentis/ o
fecūditas ventris, quam benedictꝰ
fructus ventris tui maria: et qꝛ glo
rioſa puritas mentis, inter mulie-
res ob hā cbenedicta. Sed nūquid
ſecūdū ipſius gedeonis petitionē.
gratie pluuia quaſi ad velleris in-
fuſionem prius ſolam impleuit men
tem, poſtea autem velud terre ir-
rigationem ſolam impleuit carnem:
nunquid prius carnem deſeruit, vt
mentem repleret: nunquid poſtmo-
dum a mente receſſit: vt carnem fe-
cundaret? Abſit. Sed nota cū ricar
do: ꝙ prius dei filius ſecundum ali-
quid infudit ſolam mentem, et ite-
rum ſecundum aliquid ſolam car-
nem. Utiqꝫ pluuia gratie prius men
tem ſolaꝫ fecundauit ad fidem, po-
ſtea autem eadem gratia carnem ſo-
lam fecundauit ad prolem, fides in
mente ſola: proles in carne ſola, pri-
us fides poſtea proles. Nā niſi pre
cederet fides conceptionis: non ſe-
queret fecūditas plis, fides preceſ
ſit: ples ſucceſſit. Nō eni adhuc cre
dere ſꝫ iā ſcire opoꝛtuit, qđ rei expe
rimento probauit. Recte ergo iux-
ta petitionem gedeonis prius de-
ſcēdit in ſolū vellꝰ marie mētis, ⁊ po
ſtea iuxta aliqđ in ſolā carnē terreā

Quid.n.eſt vellꝰ: niſi lana a carne
receſa,et a carne ſublata. O quale
vellus illud virgineū pectus,longe
remotum,et valde alienū a deſide-
riis carnalibus:et ſordidis corpo-
rum paſſionibus. O quale vellus
marie mētis mundi cogitatꝰ:o qua
le vellus virgineū pectꝰ:et caſti af-
fectus:o quale vellus virtutū omniū
ornatus:qubus et ipſe deus ſe ve-
ſtiuit:et angeli eius:et ſancti oms:
imo et omnis eccleſie ornatus verꝰ,
de vellere marie allatus eſt: quo et
gloria dei gloriatur/et nos eo veſti-
ri oportet:qr ex eo conficitur veſtis
nuptialis ihū talaris: qua et nos in
ſimilitudinē eius ornati ſimꝰ. Has
ergo veſtes magno ſigno beata vir
go contulit deo,vnde thema' ſignū
magnum apparuit in celo.i.in dei fi
lio.Et ſignum magnū eſt ꝙ ſol iuſti
cie veſtiatur niue,et nix non lique-
fiat ſed induret vt criſtallus.Et ille
qui niue marie virginea eſt cooper-
tus,vere locus orationis eſt,quia in
hac niue adoratur deus, etenim ea
circūſcribitur. Ecce igitur quomo-
Scūdapꝫ. do maria in celo fecit ſignū magnū
¶ Nūc etiā attēdere operepreciū
erit qualiter, et celo eccleſie ſignum
magnum exhibet mater dei: que non
puer.31.d ideo nix dicitur: quia frigida ſit:ſed
quia puriſſima,nam vt ſcriptum eſt
nec domui ſue timebit a frigoribus
niuis:ſi vt ipſa que ſtragulatā ve-
ſtem fecit ſibi:veſtiti ſint duplicibꝰ
In ſignum eccleſie filij :hoc eſt fide duplici ſcȝ
exēpli da- deitatis et humāitatis filij ſui:et du
tur celo ec- plici actione vite,actiue et cōtempla
cleſie ma- tiue.Eccleſia ergo celum dicitur:nā
ria. xp̄s ſit. Mittet filius hominis an-
gelos ſuos:vt colligāt de regno eiꝰ
omnia ſcandala.Regnum autē xp̄i
non eſt hinc:nec de hoc mundo: vn̄
eccleſia dicitur regnum celorum: qr
noſtra conuerſatio in eis eſſe de-
bet,cum quibus nos ſperamus ſem-
per victuros.Quāuis omni eccleſie
Ut ruth in maria dei genitrix data ſit in ſignuȝ
ephrata. magnū e. exēplū ꝟtutis oīmode,vt
ruth i ephrata tp̄s nō ſuppetit niſi
vt vel de vno agamꝰ iuxta niuis p-
prietatem,que multum conducit ad
capiendas campeſtres feras: veſti-
gia.n.earꝫ nota reddit eas nāqꝫ exa
minat:quod maria cōtra vitia et de
mones non minus peragit in adiu-
torium noſtrū:Quaȝ ob rem de quo
libet in hoc opere ab ea adiuto et
ſuffulto dici poteſt. Ipſe percuſſit
duos leones moab: et ipſe deſcen- Secūdi R.
dit:⁊ percuſſit leonē in media ciſter 23.c.
na in diebus niuis.Hec dicuntur de
banaia qui interpretatur filius dn̄i
et eſt quiſqꝫ fidelis marie deuotus
cuni natꝰ eius dedit poteſtatē filiūȝ
dei fieri,per induſtriā marie matris
gratie:que multum laborauit p no
bis.Hic ergo vt notat gloſa percu-
tere habet duos leones,hoc eſt ira-
ſcibilem et concupiſcibilē,ſignifica-
tas per duos leōes moab:qui inter
pretatur ex parte.Rebellio eni iſta
rum viriū contracta eſt:ex primo pa
rente:preter mariaȝ que preſeruata
eſt:et a deo exempta.anteꝙ̄ penam
infligeret peccati:nec ſolū exempta
ſed contra demonem valide robora
ta:quando dictū eſt ei. Ipſa conte-
ret caput tuū. Deuotus ergo marie
in ſigno victorie dato in manu femi
nei,iraſcibilē et concupiſcibilem vi-
res reducat ſub rationis moderami
ne:mortificans mēbra ſua que ſunt
ſuper terram. Per tertium leonem
concupiſcentia ſignatur oculorum
quā mactare decet per magnificen-
tiam principalē pauperibus exhibi-
tam:non ſolū de mamona iniquita-
tis,aut de eo qd̄ ſupereſt,ſed vt vi-
dua que deo dedit totum victū ſuū,
Hoc fieri debet,vt predictum eſt in
diebus niuis.in exemplis marie cla
riſſimis quā niuē diximus figurare.
Quis enim non mitiget iram,mitiſ-
ſimā virginē cōtēplans.quis cōcu-
piſcentiā non ſedabit, ſi virgineam
puritatem attendit: quis etiā durus
et malitioſus non largiatur mune
ra:ſi marie beneficētiam intuitimus
fuerit



fuerit,nā ſi vt optime pbat Gerſon
ſpecies niuis hꝫ vim refrigerādi, qr
imaginatio facit caſum,q̄to magis
marie ꝯtēplatio: dū eā imaginamur
et de ea ꝯſummate cogitamus: Ipa
quippe ait.Qui operātur in me non
peccabunt.Eam ergo in mente ha-
beto:ſi refrigerari vis a ſpecie bone
niuis. Cur eī non faciet cogitatio
marie,quod facit cogitatio niuis in
aīa et corpore?Eſt et apud nos ma-
la nix:apud eā autē optima.Tripli-
cē lego niuē malam eā primo q̄ erat
Triplex eſt in graui manu moyſi: qn̄ in plagis
nix. egiptiorum eos percuſſit apparens
manus eius leproſa inſtar niuis, et
hec irā ſignat peccatoris retaliētis
qui ſicut et Moyſes oculū petit pro
Exo.4.b. oculo,manum pro manu,dentē pro
dente.Contra niuem malam ſeruan
tis iraȝ,vidiſtis ꝙ maria dedit niuē
ſicut lanam mitem videlicet:que fa-
cile impellēti cedit.Alia eſt nix aua-
ritie:quā giezi habuit:de quo refer-
4.reg.5.g tur.Egreſſus eſt quaſi nix ab eo.ſcȝ
heliſeo leproſus/propterea quod ac
cepit argentū ⁊ veſtes:vt emeret oli
ueta,⁊ vineas,oues ⁊ boues:ſeruos
et ancillas ex eo ꝙ nō laborauit.Cō
tra prelibatam auaritie niuē dici po
ps.147. teſt de maria. Miſit chriſtallum ſuā
ſicut buccellas , quod clarꝰ ex he-
breo ſumitur,ſicut fruſtra panis:qr
diſperſit dedit pauperibus, etiam
monilia ſua:et predia ſibi antiquitꝰ
ab auis et parentibus relicta. Ter-
tia nix eſt luxurie:et hanc habet ma
ria ſoror moyſi, que cōtra eū locuta
fuerat propter vxorē eius ethyopiſ
ſam:quaȝ vt aiūt hebrei cognoſcere
frequēter nolebat ex reuerētia repe
titi oraculi,nam vt et paulꝰ conſu-
lit a coitu abſtinendum eſt:vt vace-
tur orationi. Sed hoc ex toto ma-
Sap.16.c ria fecit:de cuius caſtitate omnimo
da dici valet. Nix autem et glacies
ſuſtinebant vim ignis et non tabe-
ſcebāt,ita vt ignis videretur ſue vir
tutis oblitus:maxime in mariam cuꝫ
dicitur. Ignis non ardebit in te: qꝛ
eam non tetigit flāma ignis turpis
luxurie . Tanta eſt Marie puritas,
vt ſapiens dicat.Spargit niuem,et Ecli.43.b
ſequitur. Super imbrem eius expa-
ueſcit cor. Deus etiam ſuper ſe vgi-
neam niuē reſperſit:quando ea ſe in
duit. Nec mirū qr imber eius.i.puri
tas tēperata ſic remota eſt a calore
noxio:vt cor non ſolum hoīm ſꝫ an-
gelorum expaueſcat, propter quod
tot ſiunt de ea queſtiones in canti-
cis,que eſt iſta,que eſt iſta,quatuor
ſiquidem gradus frigiditatis noui-
mus: de quinto nichil ſcimꝰ. Primꝰ Quadru-
gradꝰ caſtitatis ſeu frigiditatis ſpi plex caſti-
ritualis eſt, non ſentire aliquam de tas.
lectationem carnalem. Secundꝰ nō
ſentire aliquem motum carnalē.Ter
tius non ſentire aliquam cogitatio-
nem ſeu imaginationem. Quartus
non habere memoriam aut cogita-
tum eius, quaſi modo geniti infan-
tes neſcire prorſus omnia corruptio
nis vulnera. Et tamen vltra hoc,ne
ſcio quo aſcendit caſtitas huius vir
ginis demiranda vtiqꝫ non enar-
randa. Hec ergo nix in terra plura
operatur bona tempore frigoris,qr
cordi humili tempore timoris exhi
bet beneficia. Primo induit illud cā
dore,ac decore,nā ſcriptum eſt. Ni- Ps.
ue dealbabuntur in ſelmō,quod in-
terpretatur vmbra muneris: et eſt p
tectio marie largientis. Deinde irrū-
dit cor pietate,et inebriat charitate,
ac germinare illud in operatione fa Eſa.55.
cit,vt dicit Eſaias. Deinde nix po-
ros terre conſtringit.i.timore ⁊ reli-
gione cor cōpeſcit:et caſtigat:ne va
getur per cogitationes inutiles,et
affectiones prauas,vn̄ id Iob dica- Iob.9.
mus. O ſi lotus fuero aquis niuium
id eſt ad perfectam caſtitatem pdu
ctꝰ. Igitur fratres ne nos ab aquis
niuium malarum quas diximus:ad
ad nimium calorem inferni:vt refert
Iob tranſire cōtingat, feſtum niuiū Iob.24.c
marie celebrate:qr propter eam hoc
certū habete:ꝙ ſi fuerint peccata ve
ſtra(teſte Eſaia)vt coccinum, quaſi Eſay.1,c
o

mix dealbabũtur, et ſi fuerint rubra
ſicut vermiculus: velut lana alba
erunt. Cũ ꝗ vt ait iohãnes nil coīq̃
natũ intrabit in illã requiẽ, aquis
hui⁹ niuis que ſunt gratie virginis
lauari oportet: quia nazarei chriſti
candidiores lacte et niue futuri ſũt
nunc per gratiã et in futuro per glo
riam quam michi ꝛc.

¶ De beato dominico ꝑdicatorꝫ du
ce ac patre ſermo. xxx. de ei⁹ trãſ-
figuratione ſpirituali.

¶ Reſplẽduit facies eius ſicut ſol
Mathei. 17. a.

¶ Inuocatio vbi maria ſoli cõpat.

QUamuis deus noſter
in oẽs creaturas ſuas
ſplendorem ſue lucis
īmiſerit, beata virgo
maria, que illumina-
trix interpretatur, nõ
ſolũ emulatrix eſt melior charíſma
tum nos illuminãs mirabiliter. ſed
&t toti btiſſime trinitati ipa reſplẽ
duit ſicut ſol, ac etiam toti celeſti
Eccl. 26. c curie: q̃ſi ſcriptũ eſt. Sol oriẽs mũ
do in altiſſimis dei, mulieris bone
ſpecies in ornamentum domus ei⁹
Miraculum grande in terra videba
tur. quando incarnationis tempo-
re, ſol deus nube carnis tectus, cũ
hominibus conuerſat⁹ eſt, ſed etiã
ſignum magnum apparuit in celo,
quando die aſſumptionis marie, in
celo &t viſa ẽ mulier mollis amicta
ſole deitatis. Nec ſolum celum aſcẽ
dens virgo illuxit celitibus, verum
adhuc in terra manens refulſit ſol
I. mach. 6. e maria in clipeos aureos, et reſplen-
duerunt montes ab eis. Neq; in ſo
le iſto, qui eſt maria, deus poſuiſſet
tabernaculuꝫ ſuũ, niſi ab initio plu
rimum placuiſſet ei, nec ſoluꝫ ei ſed
angelis, in quos velut in clipeos p
famã refulſit. Nec eñ abſre clipeis
āgeli comparãtur. quando in eos ma
ria per famam refulſit. niſi quia eos
ad ſui cuſtodiam deflexit, nam ſol
habet attractiuam virtutẽ. Maria
ergo nr̃a ad ſe ãgelos appellat, cũ
quibus eſt terribilis vt caſtrorum
acies ordinata. Dicitu q; vas ca-
ſtrorum in excelſis. i. in angelis, ex
quibus trinitatis montes marie lu-
men recipiunt iuxta preallegatã ſen
tentiaꝫ, quoniam et alibi de maria
Geñ. 12. c figuraliter dicitur. Laudauerunt eã
principes apud illum, et ſublata eſt
mulier in domum pharaonis. Apud
regem celi angeli mariam laudarũt
et ſublata eſt in domum regis. i. vt
eſſet domus dei viuentis, domuſq;
totius trinitatis. Nam reſplenduit
Luc. 1. d patri per humilitatem dicens ecce
ancilla domini. Reſplenduitq; filio
per omnimodam ꝛ altiſſimam caſti
tatem dicens. Quoniam virum non
cognoſco. i. nulluꝫ peccatum Ideo
q; vir oriens agnouit eam matrem
ſuam. Reſplenduitq; ſpiritui ſancto
Cãt. 5. d per charitatem dicens. Nunciate di
lecto, quia amore lãgueo. Propter
has emiſſiões glorie quibus virgo
emicuit. ait thema. Reſplenduit fa-
cies eius ſicut ſol, Sed in compara
tione hoc reperitur diſcrimen, ꝙ ſol
refulget terram verſus, maria vero
que ſurſum ſunt reſpicit, Uerumta-
men exorata oculos ad nos conuer
tit, noſq; per eam deum reſpicimus
quia vt ait Ambroſius in ſuo exame
ron, ſol eſt oculus mũdi, et maria eſt
oculus totius eccleſie, verum et om-
Job. 29 ni peccatori, quoniam verius ꝙ Job
dicere valet. Oculus fui ceco, ꝛ pes
claudo. Oculus noſter quo deum ip
ſum poterim⁹ intueri: eſt beata v̾go
maxime dum elongamur a domino:
cuius gratiam vt preſenti ſermoni
aſſequamur, aduocate noſtre offera
mus aue maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Ut dignationem dei ad nos vſq;
diffuſam valeam⁹ regratiari aduer-
tendũ eſt: ꝙ ipſe de⁹ ꝗuis patribus
Notitia antiquis ſe contulerit: ita vt diceret
ẽ maior notus in iudea de⁹, nõ tñ eis tãtum
btõ dñico reſplenduit ſicut nobis. Poſteriora
ſua oſtẽdit maiori amico, nõ tamen
faciẽ: pro qua orabat ipſe dauid ob



nixe dicẽs. Oſtende faciẽ tuã: ꝛ ſal-
ui erimus. Parua igit̃ erat eis noti
Ps. 79. tia dei. Nã ob id ſctũs ꝓpheta cum
dixiſſet: notus in iudea de⁹, ſtatī vt
hui⁹ noticie modũ ſignaret addidit
et in iſrael magnũ nomen eius. q. d.
ꝙ ex nomine tãtũ cognoſcebãt deuꝫ
Job. 4. c. Nã propterea dixit Job. ſtetit qui-
dã: cuius nõ cognoſcebã vultũ hic
eſt pater eternus: qui et ſi antiquis
parũ ſe oſtendit, xp̄ianis tñ multum
per omnẽ modum: ſic vt de ipſo ver
ba thematis referã dicens, Reſplẽ-
duit facies eius ſicut ſol. Facies pa
tris eterni filius eius eſt: qui nobis
quotidie reſplendet in ſctis ſuis de
quibus dicitur Illuminãs tu mira-
biliter a mõtibus eternis, ab ange-
lis ſuis: et ſctis noſtris velut a mon-
tibus ſibi adiunctis reſplendet no-
ſter de⁹ ſecũdũ viciſſitudinẽ tempo-
rum, tñ hodie ſignãter illuxit nobis
a beato dominico patre noſtro do-
ctore maximo velut a monte ſancto
eius: monte pingui et coagulato in
quo beneplacitum eſt deo habitare
Nam ibi eſt deus velut ſol in pro-
pria domo: in qua peramplius ꝛ per
fectius radios ſuos extendit. Ideo
enim ſanctus iſte dominicus voca-
tur: quia domini eſt aſſumptio eius
ꝛ ſãcti iſrael regis noſtri Jheſu: qui
dignatus eſt ſanctum ſuum mirifi-
care in precellenti opere ſuo. Nam
in transfiguratione ſua dominus in
nuit nobis: qualis beatus domini-
cus erat futurus, qualiq; ſctitate do
tandus: ꝗq; ſimilis ei. In toto igit̃
ſermone nil aliud faciam niſi enoda
re huius ſancti figuram: ſiue origina
le. Nã quemadmodũ chriſtus fecit
in transfiguratiõe ſua: Sic fecit bea
tus dominicus per totam vitam ſu
am ſe transfigurando in chriſtũ. De
Curaꝫ ha- beato igitur dominico exponam mi
bet ꝓprie ſtice totum euangelium transfigura
ſalutis ab tionis.
infantia. Tam deſides ſumus hodie fratres
mei atq; ſegnes: tanq; proprie ſalu
tis obliti ꝙ merito comparandi ve-
niant peccatores homini ab iheruſa
lem deſcendẽti qui et ſi a latronibus
relinquitur, ipſe nõ deberet ſe ſe re-
linquere, tam facile quippe aĩe ſal⁹
acquiritur, vt cuilibet peccatori di-
cam, medice cura teipſum. O pecca
tor ſi inter tot curas hominuꝫ quas
tu ſollicit⁹ geris, aĩe tue curã nõ de
poneres. Saltim ꝓpterea gere curã
illius q; precioſior eſt cũctis opib⁹.
Habes namq; in aĩa tua theſauruꝫ
diuinũ. q; regnũ dei ĩtra te eſt. Cur
ergo non cuſtodis homo aĩam tuam
ſollicite? Manſioneꝫ etiã apud ſctõs
viros facit ipſe deus: qui cuſtodirī
deſiderat, vt ſecurior delitias ſuas
habeat cũ filijs hominũ: tãtũq; pol
licet̃ premiũ cuſtodib⁹ ſuis: vt vnuſ
quiſq; ſaluator vocari valeat: et per
cõſequẽs Jeſ⁹. Nã et loth diſſimu Ge. 19. d.
lanti dicitur. ſalua aĩaꝫ tuã: nec ſtes
in omni regione ſed in monte ſaluũ
te fac. Hic precib⁹ ſuis ſaluauit vr-
bem modicam que dicitur ſegor, et
eſt anima propria cuius nimiaꝫ ha
buit curam: quapropter ſui ſaluator
fuit, ſicut Joſeph ſaluans egyptum,
ſaluator ibi vocatur. Si ergo quili-
bet ſanct⁹: quia proprie ſalutis ha-
buit curaꝫ meruit vocari ſaluator,
ꝗto verius iſto nomine potitus fuit
beatus dominicus: qui non ſe ſoluꝫ
ſed etiam totum munduꝫ ſua doctri
na ſaluare decreuit? Quis vnq̃ tã
latiſſimaꝫ habuit charitatem, vt at
tentaret omnes homines ſaluos fa
cere? Hoc videt̃ ſctũs iſte feciſſe dũ
ſe ꝛ ſuos deſtinauit ꝑdicatores ſa-
luti hõim ꝓficuos. Nã oẽs ſunt ad
miniſtratorij filij hui⁹ ſcti miſſi ab
eo ꝓpter eos q̃ hereditatẽ capiũt ſa
lutis. Nõne maxĩe reputatiõis ẽẽt ꝛ
pluria deuotiõe habit⁹ q̃ ordinẽ me
dicorꝫ inſtitueret vt. ſ. oẽs filij⁹ ordī
nis mõachi opaꝫ medicie ꝑſtarẽt, ꝛ
oẽs īfirmos gratis mederent̃? O fe
licẽ virũ q̃ nõ corpori. ſed aĩarꝫ gñā
lẽ p ſe ꝛ p ſuos medelã voluit inue
nire, q̃ ꝓpterea iure vocari poteſt ie
ſus: q̃ in te pſ ſaluator, q̃ et figurat̃

In mardocheo habente curam non
Mardocheus eſt p̄dicator dominicus. ſolum ſalutis heſter: ſed etiam totiꝰ
populi dei. quem per eam ſaluum fe
cit a morte: quam peruerſus aman
ei parauerat impetratā a rege. Mar
Heſt.2.b. docheus autem meloſtus erat regi-
ne heſter: vt pro populo ſuo interce-
deret, eamqꝫ nimis aflictam redde-
bat comminationes ingerens: ꝙ ſi
Ibid.4.d. nollet intrare ad regem, nec ab eo
impetrare totius populi ſui libera-
tionem: per aliam occaſionem ſalua
retur populus, attamen ipſa nullam
afferret ſibi laudem. ſi nollet in hoc
obnixe laborare. Mardocheꝰ q̄dē
interpretatur docens contritionē.
et eſt beatus dominicus qui per con
tritionez ab eo predicatam. quoſcū-
qꝫ ſaluare decreuit, prius tñ animā
ſuam: quia prior habuit curam ſalu
tis heſter. quam ab infantia nutrie-
Mat.16.d rat. Quid tibi prodeſt/o predicator
ſi vniuerſum mundum lucreris: ani
me vero tue detrimentum patiaris?
Facula beati dominici Emulare beatū dominicum: qui an
te omnia gerit curaz ſalutis heſter:
que interpretatur abſcondita, et eſt
anima eius: que intus abſconditam
gloriam ſuam poſſedit. etiam( vt ar
bitror) ab vtero matris ſue. Nā for
te ſanctificatus fuit. anteꝗ̄ mundo
prodiret in lucem, quoniam mater
eius ſenſit: dum eo pregnans eſſet:
ſe in vtero catulum geſtare, qui ore
ſuo faculaz deferebat accenſam: vn
de ibi exiſtēs baptiſmo flammis po
tuit baptizari ſicut Hieremias. Quid
enim mirum ꝙ adhuc in vtero parē-
tis incluſus purgetur, et ſignanter
labia eius mundentur calculo igni-
to? Nam ab infantia ſua creuit ſecū
auiditas quedam docendi peccato-
res, q̄ notatur in facula ardēti: quā
adhuc exiſtēs ſub modio vteri ma-
ternalis accepit vt liguā igneā. Po
tuit ſaltim eſſe facula illa donū gra
tis datū predicatiōis grām, qđ etiā
ante baptiſmū recipere potuit. Nā
beatꝰ ambroſiꝰ exiſtēs in cunabulis
examē apū emiſit ab ore, ob hoc p-
nūciās ſe predicatorē futurū: qui iu
ſtis mel doctrine ⁊ hereticis aculeū
damnationis preſtaret. Poſtꝗ̄ no-
ſter dñicus nutriuit heſter: ac in bo
nis dei aīam ſuā exercuit monuit ac
perſuaſit. vt oībus miniſtraret in ſē
piternū ſalutē, vt mardocheꝰ niſus
eſt p̄ heſter liberare populū dei. Nā
oratiōe anime ſue plures conuertit
ad fidem. Niſi hec heſter ſit eius or
do anxie procurās ſalutez iuſtorum
propterea igitur ꝙ beatus domini-
cus anxiꝰ fuit de vniuerſali ſalute.
Incipit euāgeliū. ¶ Aſſumpſit ieſus
ideſt beatus dominicꝰ petrum ⁊ ia-
cobum et iohannē fratrē eius. Hos
aſſumit pro ſalute ſua et totius or-
dinis ſui, nā quēadmodū prius an-
xius fuit de aīe ſue ſalute: ꝗ̄ aliis eā
vellet preſtare, ſic priꝰ cupit puide-
re fratribus ſuis: ꝗ̄ ipſi aliis proui-
deāt. In his tribꝰ diſcipulis tria q̄
ſuis fratribus acquiſiuit ſignantur
vota religionis, que priꝰ ad ſe ſum-
pſit ſanctus iſte ꝗ̄ fratribus propa
laret. in petro ſignatur obedientia
Obediētia xpi ⁊ petri ⁊ dñici. nam ei dicitur, Alius precinget te.
Non quacūqꝫ obediētia ſed p̄fectiſ
ſima: q̄ ad beatū dñicū ptinet, nā pe
trus xpi obediētiā habuit. vbi nota
cū auguſtio .14. de ciuita. dei. c. 15.
ꝙ ſicut inobediētia ade fuit vſqꝫ ad
mortem. ſ. ꝙ eum morti tradidit, ſic
obedientia redēptoris fuit vſqꝫ ad
mortē qm̄ teſte paulo, humiliauit ſe
Phili.2.b metipm factꝰ obediēs vſqꝫ ad mor-
tē. Humiliauit inquid, nā obedien
tia p̄ſuponit humilitatez: qua orat
xps in orto, cōcludēs nō ſua ſed pa-
tris pagēda volūtas. Hāc ergo pfe
ctā obediētiā repſentat petrꝰ qui ſi
cut ſaluator crucifixus eſt. Hāc ele-
git ſibi ſctūs iſte dñicꝰ vt cruce obe
diētie imolaret etiā aīaz ſuā, nā per
obediētiā crucifixit ppriā volūtatē
nr̄ dñicꝰ: qui ab adoleſcētia ſua hoc
portauit iugum multiplici obedien
tie ſubiectꝰ. Sic enī opꝫ. vt q̄ obediē
tiā ſeruauit: eā ſentiret ſibi ſeruari
ab ordine ſuo, qr ex q̄ adaz rebella-
uit:



uit: ex quo cōtempſit obedire deo:
cūcta que deus ſubiecerat ei pſenſit
rebellione plena. Unde beatus do-
minicus prelatus maximus optime
ſignatur in petro qui triplici nomi-
Tria neceſſaria p̄lato q̄ ſunt i dominico. ne vſus eſt, naz vocatur primo Si-
mō: ſcđo Cephas: tertio Petrꝰ. Sic
beatus dominicus primitus fuit ſy-
mon ideſt obediens legi. Cur igitur
predicas legem, quam obſeruare nō
vis? Cur onera iportabilia que ſunt
conſilia euangelica humeris fratruz
imponis, ſi tu ea prius non moues
per obſeruantiam tuam? Secundo
vocat̄ cephas ideſt caput, nā opor-
tet prelatum maiori obſeruatiōe ce-
teros antecellere ab humero et ſur-
ſum. Sed hodie fratres mei omne
caput languidum, quia rēnuit prela
tus apponere humeros oneri. Ter-
tio vocatur petrus qui vt aiūt inter
pretatur agnoſcens. ſ. vultum peco
ris ſui. nam et talis operum difficul
tatem agnoſcit: quia experimento di
diſcit: et in intellectibus manuum
ſuarum deducit ſubditos, velut ille
Ge.33.c. paſtor bonus qui dixit. Si plus in
ambulando eas fecero laborare mo
rientur vna die cuncti greges.
¶ Alter apoſtolꝰ quē aſſumpſit iſte
vir apoſtolicus: fuit iacobus deno-
tans paupertatem, nā ſi iacobus in-
terpretatur ſupplantator: quis me-
lius poterit ſupplātare diabolū, ꝗ̄
Paupertas. pauper ſpiritu noſter dñicus? Qui
velut optimus luctator ſubtrahit ei
omnia quibus innitit̄ cōtra nos. ſ. di
uitias: que ideo dicuntur congre-
gate in damnū domini ſui, quia per
eas demon vincit homines, Beatꝰ
ergo dominicus nudus luctare vo-
luit: ne haberet vnde teneret̄, ne de
mon in diuitiis figeret pedē contra
Prover.11.c eū. Sicut ergo vt ait ſapiens: qui cō
fidit in diuitiis ſuis: corruet. ſic eti-
am econtra qui eas a ſe proiecerit
vincet. Tūc enim ſe ſolū defēdit ho
mo nichil ſollicitꝰ de aliis, nā diui
tes vt ſeruēt diuitias: animā perdūt
pauper autez vt bonus philoſophꝰ
vult eas pdere, ne eū perdāt. Nā dū
ſocrates reuerteretur diues ab in-
dia: et tēpeſtas iſurgeret, dixit diui
tiis ſuis, ego ſubmergā vos: ne ſub
mergar a vobis, et eas proiecit in
mare. Sic btūs dñicus: q̄ pro diui
tiis recuperandis melioribus. dixit
fratribꝰ ſuis illud iudicuz Que do-
Judi.11.c. minꝰ deus noſter victor obtinuit in
noſtram cedent poſſeſſionez. Chri-
ſtus in cruce obtinuit animas pctō
rum. vincēs eū: qui eas captas tene
bat, quas iterum captiuas vidēs do
minicus dicebat mundo. da michi
animas: cetera tolle tibi. Prelati
noſtre tempeſtatis de redditibus ec
cleſie dicunt, que dñs deus noſter
victor obtinuit. ſ. in cruce: in noſtraz
cedunt poſſeſſionē. qđ verum eſt de
rebus qm̄ animas tā negligēter me-
dentur: ac fouent: ꝙ in portionē dia
boli dixiſſes eas cadere. Felix do-
minicus qui et ſi rebus pauper ſit:
diues tñ eſt diuinis diuitiis. ſ. ani-
mabꝰ iuſtis: quas quotidie lucrat̄
etiam indies, nam et nunc per ſuos
huic lucrationi intēdit. Semper igi-
tur erogare ſtuduit pauperibus om
nia que habere poterat, nā non erat
pauper ad erogādum ſed ad poſſi-
dendum et ſeruādū. Si autē nichil
ad manum adeſſet: quod poſſet da-
re, libros vēdere nō dubitabat pro
pauperibus ſubueniendis. Nam li-
ber charitatis ſatis eſſe ſibi dicebat
ob pauperes efficit̄ pauper dominicus. qua peroptabat ſeipſum vendere tē
pore famis. Unde ſe miſſum dice-
bat euangelizare pauperibus, qua-
propter dū quidā vir ob nimiā pau-
pertatem apud hereticos aleretur,
et ob id hereticus videretur: conue-
nire voluit illuz beatus dominicus
et ſtatuit ei de penuria ſua cibū, ne
cōpulſus fame hereticos frequēta-
ret. Ecce ꝗ̄ dñō ſua pctā ⁊ aliorū
elemoſinis ſuis redimebat. o quan-
tos hodie fame compulſos peccare
non ignoramus: qr nō eſt alter dñi-
cus inter epiſcopos, qui pauperum Caſtitas
curaz gerat. ¶ Tertius apoſtolus eius.

Caſtitas eius.

eſt Johānes.qui caſtitatē.imo caſtā
virginitatem huius viri pre ſe fert
nam ea charitate precelluit beatus
dominicus et tantū abundauit mun
ditia:vt caſtitatem tranſfuſiuam vi
deretur habere,que beate marie ſo
lummodo conceditur. tamē beatus
dominicus tactu ſuo luxuriā fugat.
Compertum eſt enim ꝙ quidā vir per
luxuriam vexatꝰ.poſtꝙ̄ eius miſſaꝫ
audiſſet accedit ad virū dei:et oſcu
latus eſt manum eius:ex qua ſenſit
exire fragrantie:et caſtitatis odorē
vt deinceps ſe liberū ſentiret a car-
nis moleſtia.Propterea beatus do
minicus iure figuratur in cedro mō
tis libani.cuius odore fugantur ſer
pentes.Hos tres habet ſecum ſan-
ctus iſte contra tria precipua mala
que ſunt in mundo,contra ſuperbiā
obedientia eſt:contra luxuriam ca-
ſtitas,contra auaritiam paupertas
quibus ſi quis careat predicator eſ
ſe non debet, alioquin habebit vo-
cem Jacob manus autem Eſau.ſ.
rixe deditas et rapaces: atqꝫ immū
das. Hic fratres mei chariſſimi at-
tendite:ꝙ et vos qūuis poſſitis ſal
uos fieri ſine obedientia pauptate

Tria vota obligant.

et caſtitate beati dominici, non ta-
men abſolute ſine his tribus virtu-
tibus quiſqꝫ ſaluabitur: naꝫ aliqua
obediētia ⁊ pauptate et caſtitate q̄
libet chriſtianꝰ tenetur. Inſuper,ad
uertite ꝙ vt ait ſcotus chriſtianus
quiſque tenetur.non contenere iſta
conſilia chriſti ſui, vnde mortaliter
peccaret. ſi quis abiuraſſet nec ea,
q̄dē vouere nec ea ſeruare,immo no
tabis:ꝙ teneris ea velle ſecundum
preparationem animi.quia vt aſſe-
rit Gerſon i ſuis regulis moralibus
Nullum eſt a deo conſilium in euan
gelio:quin caſu poſſet eſſe preceptū
O peccator aperi oculos tuos ⁊ vi
de,quomodo relinqueres omnia pro
pter chriſtum imminente caſu neceſ
ſitatis:qui nunc ipſuꝫ chriſtum aſſe
vēdis: Ue vſurarijs et iniuſtis mer-
catoribus,tu autem luxurioſe quo-
modo dimitteres vxorem propriam
i caſu,q̄ quotidie vadis ad alienas:
quomodo ſi caſꝰ eueniret obedia ſ
res tiranno qui nunc obedire con-
temnis epiſcopo tuo: Beatꝰ domi-
nicus ſtrictius ꝙ̄ dicere poſſumus
aſſumpſit illa tria in tribus apoſto
lis figurata.de quo etiam ſequitur.
¶ Duxit illos in montem excelſum
ſeorſum.mons iſte fratres mei bea-
tiſſima religio beati dominici eſt,
Nā velut in valle tenuerat vir iſte,
illa chriſti conſilia:ante ꝙ̄ religio-
nem ſuam erigeret,nec mirum quia
vt ait gerſon quilibet per ſe in do-
mo ſua poteſt ea ſeruare cōſilia,ſed
meo iuditio non bene:ideo ſanctus
iſte duxit ea que diximus conſilia in
montē excelſum ſeorſum:qui eſt eiꝰ
religio:de qua perſonat Eſaias.ve Eſa.2.a.
nite aſcendamus ad montem domi
ni:et docebit nos vias ſuas ⁊c.Nā
mons iſte eſt mons doctrine. et eſt Mons eſt
mons teſtamenti vtriuſqꝫ.ſ.veteris religio do
et noui velut duabus tabulis con- minici.
tenti.In hoc monte inuidus lucifer
ſedere voluit:tamen beato domini-
co reſeruatur.Ubi aduerte ꝙ mons
hic dicitur thabor: et interpretatur
electio quoniam,ſolus hic ſanctus
electus eſt ad tantum culmen:vt ab
eo emanaret:ſiue ab eius mōte vtri
uſqꝫ teſtamenti expoſitio, vt eſt vi-
dere in libris:quorum non eſt nume
rus:qui ab hoc ordine fluxerūt.Ele
ctus igitur eſt ſanctus iſte non in-
ter quoſcumqꝫ.nec a quocumqꝫ.ſed
ab ipſo deo ex filijs dei. Si genera
liter dicitur.quemcumqꝫ elegerit do
minꝰ: erit ſanctꝰ.etiam ſi ex pecca-
toribꝰ eligatur,quāto ſanctior erit
iſte.qui fere vt alter baptiſta nullaꝫ
infantie ſenſit etatem:natus eniꝫ ex
patre re et nomine felice, et ex ma-
tre iohanna non potuit eſſe niſi gra
tus deo ex felicitate et gratia pro-
diens.qui ſanctitatem in lacte repe
riens fortiꝰ eſt animam bonam.et
cepit infans efficere que nunc etiaꝫ
ſenes nolūt tāgere.ſcilicet ieiunare



vigilare ſolo nudo cubare,a vino ab
ſtrahere carnem ſuā. et adoleſcens
fit canonicus regularis. Per hos
deniqꝫ gradus aſcendens venit ad
montem dei: ad ſuum videlicet or-
dinem inſtituendum. quia huic ne-
gotio a predeſtinatione ſua electus

Transfiguratio dn̄ici

erat.¶ Ideo enim ſequitur in euan
gelio.et transfiguratus eſt ante eos
O fratres mei ſi pre oculis habere

Dēt.28.g.

mus:que deo promiſimus ſicut ſan-
tus iſte,cui dicit et erit vita tua qua
ſi pendens ante te. Uita monachi
ſunt tria illa vota a chriſto conſul-
ta,et obſeruata pariter. que noſter
dominicus ante oculos gerebat, vt
ſe in apoſtolicum virum mutaret.im
mo et in chriſtuꝫ dei:cui per illa tria
placuit,atqꝫ aſſimilatus eſt. Obtu-
lit carni chriſti paupertateꝫ que om-
ni vitio caruit,anime auteꝫ eius ob
tulit caſtitatem:que ſolis amplexi-
bus verbi fruebatur, deitati chriſti
obtulit obedientiam:ei per omnia
parens.Contēplabatur enim ꝙ chri
ſtus obediuit etiā pilato, vt redde-
ret nos liberos:⁊ ſit pauper vt nos
ditaret:ſua qꝫ caſtitate nos mundat

Fulget vt ſol.

Hijs ergo deuotis attētionibus ſic
anima beati dominici transforma-
tur per amorem in chriſtum: vt ſe-
quitur Reſplenduit facies eius ſi-
cut ſol.xp̄s deꝰ noſter ſol iuſtitie di
citur. qui ſicut materialis ſol in tri
bus locis ſplendet.ſ.in celo et in ter
ra:et ſubtus terram:chriſtus autē
in celo ꝑ obediētiā fulget patri. per
munditiam angelis per paupertatē
hominibus:quos ditat ſua penuria.
Beatus dominicus deo ſibi et pro-
ximo reſplenduit,deo per amorem
obedientialem. ſibi per claritatem
caſtitatis:et proximo per pauperta-
tem propter eum obſeruatam nam
pauper neminem vexat:ſi eſt ſibi ſuf
ficiens: Si autem per faciem vis in
telligere noticiam:quam de ſe mun-

i.mac.4.e.

do dedit ſanctus iſte optime intelli
ges illud machabeorum.refulſit ſol:
qui prius erat in nubilo.ſ.ſecretus
et abſcōditꝰ:ſoli deo notꝰ ſed iā re-
ligioſus effectus toti lucet mundo:
poſitus ſuper monteꝫ religionis ſue
Cur enim non vocem ſolē ſanctū do
minicū,qui etiaꝫ infans duꝫ leuare
tur a fonte baptiſmatis ſtellā q̄deꝫ
viſus eſt habere in frōte:ſol omnia
nouit illuſtrare.et noſter dominicus
per ſe vel per ſuos cuncta enodare
ſolet,ne quis angulꝰ tenebroſe du
bietatis maneat in lege dei:quoniā
abſcondita produxit in lucem. Un-
de optime dicitur de ſole:ꝙ reſplen
duit in clipeos aureos,et reſplēdue i.mach.4.
runt montes ab eis:et fortitudo gē
tium diſſipata eſt.Aurei clipei ſunt
fratres doctiſſimi ſui ordinis ad cer
tamen ſapientie parati.Ab his etiā
montes doctorum illuſtrantur et in
quiſitores,vnde iure ſequitur.et for
titudo gentium.ſ.hereticarum diſſi
pata eſt.Nemo igitur dicat.ſol in-
telligentie non eſt ortus nobis poſt
ꝙ̄ beatus dominicus venit in mun- Sap.5.a.
dum de quo ſequitur in euangelio. veſtes bea
¶ Ueſtimēta autem eius facta ſunt ti dn̄ici.
alba ſicut nix.O felicem ordinē:qui
propter mūditiā tāti patris habere
meruit ſcapulariū ꝑ manus matris
dei marie allatuꝫ:que obuiauit btō
dn̄ico quaſi mater honorificata fi-
lio prebēs indumētū:quēadmodū ⁊
ilefonſo attulit infulā.⁊ qꝛ nō ſoluꝫ
mater dei ſed alij ſcti impēſum fauo
rē afferūt ei,ſequitur in euāgelio.et
ecce Moyſes et Helyas loquentes
cū Jeſu.In hoc legiſlatore moyſe ⁊
helya ꝓpheta noticia legis ⁊ ꝓphe
tie oñdit huic ſctō eſſe collata deſu-
per.Nā ſi eū cupis cernere iter moy
ſem ⁊ helyā,cōtēplare eū iter petrū ⁊
paulū ſibi apparētes rome.vbi qua
ſi cōparē viſitātes ei afferūt dona ꝑ
cioſa,ne timeat perficere ordinē ſu-
um Ei cōfert petrus baculum.ſ.pa- Fautores
ſtoralem,nam petrus paſtor eſt oui eius.
um quas nimia cura videtur com-
mendaſſe dominico: poſtꝙ̄ ei bacu
luꝫ tradidit, Paulus contulit ei li-
brum ne timeret predicare a tanto

apoſtolo auctoritatem accipiēs. O
Aureole. btm̄ vir qui a vero vicario xp̄i ha-
bet baculū: vt minet gregē, et a ſa-
piēte paulo librū vt eū doceat. Plu
res hȝ coadiutores dñicus et conſor
tes. nec mir ꝙ ei appareant hij: qui
bus in cura ſucceſſit. De iſtis ergo
dicit. Loquebant de exceſſu: quē cō
plectur⁹ erat in hierl'm. glorioſi ſan
cti de gloria loquūtur: que ꝯplenda
eſt in hierl'm, q̄ ſurſum eſt libera ma
ter nr̄a: vbi habet charitas ꝯſūmata
¶ Hic aduerte ꝙ tripliciter ſancti
habēt exceſſuȝ adinuicē vltra p̄miū
principale. Quidā excedūt alios in
potētia aīe iraſcibili, et iſtis ſtat au
reola martyrū, quidā alios p̄cellere
habent in potentia aīe ꝯcupiſcibili
vt porte virgines: quibus debet au-
reola virginitatis· quidā in rationa
li qb⁹ debita eſt aureola doctorat⁹
In oībus his videt p̄cellens beat⁹
Dñicus: qui doctor fuit doctorūqȝ
progenitor, et v̄go qui caſtitatis ꝑſe
cula cultū multiplicat. De martirio
aūt quid referā? tātū anhelabat ad
martirij palmā: vt ex induſtria cātā-
do trāſiret noctu per loca hereticoꝝ
quos acriter irritare non ceſſat, ma
xime ex quo cartā quaȝ eis dederat
auctoritatib⁹ ornatā: ignis cōſume
re noluiſſet etiā ter iniectam in euȝ.
Quidā ēt heretic⁹ dixit ei. Quid ſi-
nūc aliqs noſtrū te interficeret? Cui
reſpondit. Quis ſim martirio indi
gnus: tn̄ dep̄carer vos vt ſenſim ac
ſigillatim mea ſcīderetis mēbra vt
acrius dolerem pro xp̄o. In eccl'ia
dei hos eq̄dē iniuit exceſſus btūs
dñic⁹ de quib⁹ ſi vt negotiū exigit
loqueremur: ferme ip̄e noſter ſermo
excederet. Cōpleuit ergo eos in cele
ſti hieruſalē: qui et forte nō ſunt cō-
Nubes eſt pleti. Nam et adhuc laborat ſan-
cōtēplatio ctus iſte per ſuos vt cōplacitior ſit
domino deo ſuo. ¶ De quo ſequi-
tur ī preaſſumpta parabola. Et ec-
ce nubes lucida obumbrauit eos,
nubes altiſſime contemplatiōis ob
umbrauit iſtum qui vt nubes volat

in altitudineȝ ſe extollens: vt nobis
decētius plueret iuſtū ih'm, qui quo
tidie venit ad nos in nubibus celi
hoc eſt in ſanctis ſuis in quibus lo
quitur vſqȝ in preſentē diem. Nam
ideo ſequit. Et ecce vox de nube
dicens. Hic eſt filius meus dilect⁹:
in quo michi bene cōplacui: ipſum
audite. In contemplatione loqui-
tur deus ſanctis ſuis: quibus etiam
de ſeipſis teſtimoniū perhibet. Nā
ſi p̄ nubem lucidā ſpirituȝ nos inte
riuȝ clarificantē iuxta declarationē
cōmunem volumus intelligere: au-
di paulum dicentem. Ipſe enim ſp̄s
teſtimonium reddit ſpiritui noſtro: Ro.8.c.
ꝙ ſum⁹ filij dei. Nolūt doctores cō-
cedere ꝙ quis poſſit ſcire ſe eſſe in
gratia, tamē hoc ſuggerebat ſpirit⁹
beato dominico: quē deus vocat fi-
lium dilectum in predictis. ¶ Chri
ſtianis dedit poteſtateȝ xp̄s: filios Quibus ra-
dei fieri, ſi tamē habeāt fidem viuā: tionib⁹ do
qualis erat aīe huius ſancti: quem minicus di
propterea fecit deus fidei defenſo- citur filius
rem: ac preconē, vt credentibus per dei.
eum plurimis etiā pater fidei voca-
ri mereat. Propterea figurat ſctūs
iſte ī patriarcha Abrahā quē patrē
fidei vocant, expone figurā. Dicit ſe
cūdo quis filius dei per imitationē
qui plus viguit in ſctō noſtro, quo-
niam nō ſolum xp̄i humilitatē ſecta-
tur: ſed emulator chariſmatū melio
rum exiſtens: ei ſucceſſit in officio
predicationis. nam diſcere ſolet fi-
lius artem paternā: et propterea fi-
guratur in Seth poſitus pro Abel:
quē occidit Caym, popul⁹ ſinagoge
in agro caluarie occidit abel xp̄m:
et vt ſe conſoletur eccleſia datur ei
alter pro eo. ſ. beatus dominicus ec
cleſie propugnaculum. Tertio dici-
tur quis fili⁹: dū ei ex amore cedit
defuncti hereditas veluti filio adop
tiuo, beat⁹ aūt dñic⁹ nō ſolū poſ-
ſidet hereditatem xp̄i ſui: ſicut cete-
ri qui hereditatem capiunt ſalutis,
ſed ipſe vxorem fratris ſui chriſti de
functi accepit eccleſiam: vt fratri de



functo ſuſcitet filios pacis: qui pa-
ter ne hereditatis habeant poſſeſ-
ſionem. ¶ Quarto dicitur filius dei
nam filio ſuo nil deus negat nec dif
ficillimū. Nā propterea exiſtens in
cruce dixit filius dei, pater ignoſce
Luc.23.e. illis, paternitatē allegat quia reȝ dif
ficilem poſtulat, ſic viguit in beato
dominico impetrationis gratia: vt
ipſemet fratribus ſuis diceret: ſe ob
tinuiſſe a deo, ꝙ nil ſibi oranti nega
ret. Unde plura petijt Helyſeus:
quando aiebat, pater mi. pater mi
curr⁹ iſrael et auriga eius. Domini
cus ergo habuit ſpiritum duplicem
chriſti. ſ. predicandi et operandi.
¶ Nec ſolum ſanctus iſte dicitur fi
lius ſed dilectus. quodlibet iſtorum
per ſe ſufficit: vel ꝙ ſis dilectus: vel
ꝙ ſis filius, nam ſi nos cum ſim⁹ ma
li nouimus dare bona filijs noſtris
Dilect⁹ eſt quāto meliora dabit deus: ſi vel ſis
dñicus ex dilectus eius? nec oculus vidit; nec
dilecto. auris audiuit· nec in cor hominis
aſcendit quod preparauit deus dili
ligentibus ſe. Beatus dominicus
dicitur filius dei atqȝ dilectus eius
vt innuatur eum eſſe chariſſimum
deo pre filijs dei. De dilectione au
teȝ dei huic ſancto collata quis elo
qui valeat? nā vbi ſacra pagina di-
Judic. cit. cor meum diligit principes, veri
tas hebrayca habet Cor meum dili
git doctores, et ſapientia dei dicit.
neminē diligit deus: niſi eum qui cū
ſapiētia inhabitat. Ecce igitur qua
liter doctor iſte ſibi et ſuis acquiſi-
uit amorem dei. O beatum viruȝ do
ctorum patrem, quin et ipſe doctor
eſt tam egregius, vt habitans cum
eo: dicatur cū ſapientia dulciter ha-
bitare. In hui⁹ ſancti nomine amor
includitur, vocatur enim dominicus
nam deus per amorem ſuos nouit:
atqȝ poſſidet, naȝ Ricard⁹ ait. Ne-
mineȝ ſpolians omnia ſua facit cha
ritas. Cum deus ergo charitas ſit:
hunc ſanctuȝ ſic ſuū effecit per amo
rem, vt dominic⁹ dici mereretur. In
hac poſſeſſione aduertendum eſt ꝙ

qui habet habetur. Nam ſi peculia
riter iſte ſanctus dei eſt: pariter eſt
ſuus deus. Si ergo dicam⁹ illud ci-
priani, eſto tu dei: et erit tuus deus.
Johannes euāgeliſta dicitur xp̄i di
lect⁹: quis et ceteri apoſtoli eſſent
dilecti. Unde magna gloria eſt in-
ter dilectos: vocari dilectus et velut
digito mōſtrari, et ſic magna eſt glo
ria inter oēs ſctōs qui dñici ſūt: vo cōplacet ſi
cari dñic⁹. qr hoc ſignū eſt maximi bi deus in
amoris ideoqȝ merito dicit dilect⁹. homine.
¶ Sed mirū eſt id quod ſequitur. in
quo michi bene cōplacui. Quis eni
dubitaret hoc: ſciēs ꝙ eſt dilectus et
filius dei? Nec ſolū dixit: placui, ſed
bn̄ cōplacui. An forte de⁹ cōplacet
ſibi ī nobis male? Sane quidē. No
uimus enim quantum deus laborat
dum rebelles compellit intrare ar-
tam viam que ducit ad vitam, cum
autem ingreſſi fuerint: complacet ſi
bi deus in eorum introitu, tamen di
cit eis. Laborare me feciſtis in ini-
quitatibus veſtris. Eos autē quos
deus currere per viam iſtam videt:
laudat, vt eſt videre apud apoſto-
los. inter quos erat Thomas. ī quo
non bene videtur ſibi complacuiſſe
chriſtus, qui carpens euȝ dixit. No Joh.20.g.
li eſſe incredulus ſed fidelis. ſ. ſicut
fratres tui: qui non viderunt que tu
petis et crediderūt. Quia ergo bea
tus dominicus nunquam fuit rebel
lis lumini: ſed in auditu auris obe-
diuit deo, meruit complacentiā ei⁹
quam exacte prophetauit Eſayas
capite quadrageſſimo ſecundo: le-
ge ibi, et apta ei totum capitulum. Eſa.42.a.
Nec dixit deus in quo michi placui:
ſed complacui vt tota trinitas intel
ligatur in eo complacuiſſe ſibi non Trinitas
ſoluȝ ob tria: que diximus vota, quo cōplacet ſi
ruȝ primū. ſ. obediētia tribuitur p̄ri bi in dñico
paupertas filio caſtitas ſpiritui ſan-
cto p̄ſentatur? Sȝ qr pater preuidit
in eo futurā tantoꝝ p̄rm p̄rnitatē.
Nā dñic⁹ eſt p̄r p̄rm. filius preuidit
doctrinam fidei catholice, ſpiritus
ſanctus diffuſiuam virtutem ad lu-

erandas peccatorum mentes deo:
non ſolum concinando, ſed ieiunan
do et orando, quoniam proximorũ
dilectio ſic affecerat eius mentem:
vt .40. dies ieiunaret ad hoc vt me
reret quẽdã auia ſua mala ↄuertere.
immo vt alter mereret eiꝰ monita ſu
ſcipere. Nũc aũt nos tñ a dñico di
ſtamꝰ: vt ſcrũs reputet q vitat ſcã
dala, ne proximꝰ ſcãdalizet: aut dete
rior fiat. ¶ De hoc igit viro tã pba
tiſſimo beata trinitas intulit, ipſũ
audite. ipſe q me audiuit: audite, au
dite filiũ: q nouit ſecreta pris: audi
te dilectũ: q ſui amoris i vobis ignẽ
accẽdet, audite eũ i quo michi bene
cõplacui: vt p eũ cõplaceã in vobis.
Nã datꝰ ẽ in fedꝰ populi. Nõ indi
xit ei: vt pdicet, ſed nobis vt audia
mus. qm ſicut naturale eſt cani: vt
luposarceat, ſic naturalis dñico iſuit
affectꝰ predicãdi z gra. Nã iſte ve
lut alter Joh. baptiſta etiã ab vtero
mris pdicare cepit, dũ velut canis
faculã geſtãs in ore. videt in vtero
genitricis ſue, que nõdũ extincta eſt
Nã ipe ingeniauit ordinẽ: cui cõtu
lit ſpũm ſuũ noſtra vero intereſt vt
audiamꝰ eũ: ſicut ipſe audiuit deũ.
qm auditores veros deus inſtituit
predicatores. Si ad huiꝰ oris ipe
riũ cunctus populus obedire iube
tur, quãto aplꝰ o vos dñici patrẽ
*Figure ad alphabetũ ordinate.* veſtrũ audire aſtricti eſtis: attẽdite
ad patrẽ vrm: attẽdite ad petraz ex
qua exciſſi eſtis, qm iſte eſt Abel ab
infãtia innoſcẽs: et Barach. miſſus
cõtra ſyſarã, z colũna ducens filios
iſrael eis lucẽs. z dauid: q ſp oẽs do
cẽtes ſe itellexit: z enos q cepit iuo
care nomẽ dñi, z phinees zelo dei fer
uidꝰ: z gedeõ purgãs triticũ, z hely
ſeus quem adorant filij prophetarum
et Jonathas amabilis et deco
rus. et lux mũdi, et mathatias pater
ducũ filiorum iſrael: z nubes taber
naculi eccleſie, et oliua pinguis: z p
chorꝰ qui ab apoſtolis fuit electus
Etſi quis dicat, qs eſt iſte tã excel
ſus dicimꝰ q ẽ rex ſalomõ i ſapiẽtia
et ſamuel in iuſtitia, z tobias in me
ſericordia. et vrias in ſua fidelitate
et chriſtus in officio hic per gratiaz
et in alio per gloriam ſeculo zc.

¶ De beato Laurẽtio ſermo. 3i. de
eius i xpm tranſfiguratiõe morali.
¶ Thema. Duxit eos in montem ex
celſum ſeorſum z tranſfiguratus eſt
ante eos. Math. 17. a.
¶ Inuocatio de trãſfiguratione ma
rie.

Ampliori
dilectiõe di
gnos: aca
liorũ ſecre
torũ ↄſcios
adduxit do *Cur maria nõ aſcẽdit in montem thabor.*
minꝰ, vt ſo
lemni trãſ
figuratiõe
fruerentur:
ſibi diem fe
ſtum agen
tes, et cuz beata dei genitrix digni
or ſit amari: ac maiori arcano cre
dita ſint ei ſecreta dei, ab hoc feſto
nullatenus excludẽda eſſet: de qua
tamen minime fit mẽtio in euange
lio: cũ uis eam dominus nuptijs ad
uocauerit vbi magnificauit gloriaz
ſuam Jeſus coram diſcipulis ſuis:
immo et coram matre ſua. de qua ſe
quitur. Et erat mater ieſu ibi, ab eo
proculdubio vocata. Cuz igitur hic
amplius et perfectius eandẽ gloriã
ampliauit, non videtur equum clam
matre fieri, eiqz celari tantum ſacra
mentum. Non miremini fratres, cur
tam dilecta virgo nõ aſcendat nũc
in montẽ cum chriſto, firmius enim
et perſpicatius q apoſtoli miſteri
um precognouit: quando ſurgens
cum feſtinatione aſcendit in mon
tana, vbi coram alijs tribus priori *Luce .i.*
bus iſtis ſcilicet Johanne baptiſta:
Elyzabeth ac zacharia. ipſe Jeſus
etſi adhuc infans in animas ſan
tas ibi aſtantes ſe tranſfigurauit:
et transformauit ad gloriaz matris



ſue, ſicut nunc ad gloriã patris. Nã
veluti in tranſfiguratione totum mi
ſterium ordinatur ad illud: hic eſt
filius meus dilectus, ſic in viſita
tione totum dirigitur ad id. Unde
hoc michi vt veniat mater domini
mei ad me. Infero deniqz q dũ chri
ſtus hodie ſpaciatur in monte tha
bor: maria mẽtaliter aſcendit mon
tana iudee, vbi legerat i verbo que
nunc in miſterio fiunt pro quo decẽ
tius enarrãdo, ei: ad gratiam impe
trandam offeramus aue.
¶ Argumentum dicendorum.
¶ Ex alio tranſfigurationis ſermo
*Epilogatio ſermõis.* ne infra cuius octauam ſumus com
pertũ habetis fratres, qualiter trãſ
figurari ſpiritualiter cupienti opus
ſit montem aſcendere amoris: z lo
co trium diſcipulorũ aſſumere fidem
ſpem z charitatẽ, vt ſic ſe in chriſtũ
tranſfigurare valeat, ad quod exem
plariter ad diſcendum beati lauren
tij practicã vobis proponam in to
to ſermone, vt quemadmodũ ipſe fe
cit: ita et vos faciatis vnuſquiſqz ſe
cundum propriam virtutẽ. Juſte vo
catur mons amoris thabor: qui in
terpretatur electio. In hoc enim mõ
te mãſiones multe ſunt, in lateribꝰ
eius ſtationes multe fiunt, in manu
*multiplex martyrium* cuiuſlibz eſt: vt magis vel minꝰ aſcẽ
dat. Cacumen montis amoris z ver
tex, martyrium eſt: et non quodlibet
ſed optimum. Gradus em ſuos ha
bet martyrium ſicut z quelibet alia
virtꝰ, culmen autem videtur lauren
tij martyrium tenere: vnde optimaz
montis amoris partem videtur ele
giſſe, vt ſimilior chriſto fieret et pro
pinquior. Primus martyrij gradus
in illis eſt: qui quecũqz patiũtur ad
uerſa patienter tollerant. Scõs in
equanimiter ferẽtibꝰ aliorũ onera.
Tertiꝰ eſt in patientibꝰ tribulatio
nem carnis ab intus: ſi tñ reluctãt.
Quartus in defenſantibus veritatẽ
maxime ſiv ſqz ad ſanguinẽ pſiſtãt.
Quintꝰ in occũbẽtibꝰ p lege dei ſer
uãda. Sextꝰ p eccleſiaſtica liberta
te ſi obire contingat. Septimo alij
patiuntur vt innocentes: et velut be
ſtiole dñi triſtes ferunt mortẽ: quia
fugere nequeunt tyrannidem. Octa
uo martyr efficitur quis dũ pro qua
cunqz virtute cuſtodienda: vitam in
trepide ponit, naz beatus matheus
dicitur obijſſe pro ſtatuenda virgi
nitate. Nono deniqz martyr qſpiaz
euadit dum pro cauſa fidei vitam fi
nit. Quãuis hee aſcenſiones aut mã
ſiones ordinatius poni valuiſſent,
liquido conſtat in nono gradu ſtan
dum eſſe: quem beatus Laurentius
non ſolum attigit: ſed obtinuit, tali
ter q etiam inferiores ſtationes lu
cratus ſit: dum ad culmen aſcendit
z volauit. De cuiꝰ martyrio ſic ait
Hugo fortiſſimus habraam, ſed bea
tus Laurentius fortior fortiſſimo.
Audiamus qualiter Abraham ſua
dimiſit, et Laurentius ſua diſperſit,
et dedit pauperibus. Abraam filiuz
ſuum deo obtulit. Laurentius ſeip
ſum pro filio dei. Hic ignem parat:
ligat filium: gladium euaginat, ſed
angelum audit prohibentem: ne p
ficiat, ille ad ignem poſitus chriſtuz
predicat, carnifices vero vrgentes
carbones miniſtrando: verbis non
exaſperat, efficitur holocauſtum do
mino ideſt totum incenſum: intus
igne charitatis exterius vero flama
tribulatiõis. Hic aũt qr obediens
efficitur: filium recipit incolumen, il
le quia perſeuerat in tormẽtis a dei
filio recipitur ad ſalutẽ. Sed o bea
te martyr quia ſic aſcendiſti optime
ad montem electionis z amoris, dic
nobis: qs habuiſti ſocios, taz diffi
cilis aſcẽtiõis z tã altiſſie z xpi for
mis aſcẽdiſti ne ſolꝰ: Tres vt dñs
xps adduxit ſecum: primꝰ fides eſt,
quaz petrus figurat: qui cintorio fi
dei precinctus erat ducendus quo *Fides via amoris eſt*
nolet. ſ. ad mortẽ naturaliter nolitã
vt ei predixerat chriſtus. Fides via
eſt qua ad montem aſcenditur amo
ris. Unde auguſtinꝰ ſup illd roñ. 3. *Roma. 5.*
arbitramur hominem iuſtificari per

ſidem. Bona ante fidez, inania ſunt
ita enim michi videntur eſſe vt ma
gne vires et curſus celerrimus pre-
ter viam, nemo ergo computet vere
bona opera ſua ante fidez, vbi fides
non erat: vere opus bonū non erat.
bonū enim opus intentio facit: intē
tionem, fides dirigit. Idem de fide
ad petrum. Sine fide omnis labor
hominis vacuꝰ eſt. Tale quippe eſt
vt ſincvera fide quiſqz velit deo pla
cere, quale ſi quis tendens ad patri
am: in qua ſcit ſe bene victurū relin-
quat itineris rectitudinem, et inpro
uidus ſectetur errorem quo non ad
beatam vitam perueniat: ſed in pre-
cipicium euadat vbi nō gaudium
peruenienti detur: ſed cadenti inte-
ritus inferatur. Idem. Si bona vi
debātur anteqꝫ crederes: currebas
quidem, ſed preter viam currendo
errabas: potius qꝫ perueniebas.
4.re.2.b. Quid dicemus fratres de curſu no-
ſtri martiris in via bona fidei: legi-
mus ꝙ cum pergeret heliſeus cū he-
lia magiſtro ſuo, et ille raptus eſſet
in curru igneo: clamabat diſcipulus
pater mi pater mi currus iſrael ⁊ au
riga eius. Joſue quoqz aſcēdit cum
Exo.32.c. moyſe ad latus montis ſynai, et pe-
trus et iohannes, vt viderent finez
ſequebantur chriſtum euntē ad paſ
ſionem, omnes tamen iſti parum cu
rebant. et non paſſibꝰ equis aut pa
ri greſſu ſequebantur duces ſuos,
beatus autem laurētius non ſolum
ſecutus eſt Sixtum papam ducē et
patrem ſuum, ſed ampliori velocita
te videtur precucurriſſe dū dictum
eſt ei, Maiora tibi debentur pro fi-
de chriſti certamina, et per conſe-
quens glorioſior de tyrāno trium-
phus. Quanta autem fide curreret
per eius verba oſtenditur: cū dice-
bat. Quo progrederis ſine filio pa-
ter, quo ſacerdos, ſancte ſine mini-
ſtro ꝓperas? Nunqꝫ ſine miniſtro
ſacrificiū offerre conſueueras. Uer-
ba iſta fide ſunt plena, nec ſimplici
ſed triplici magna videlicet maiori

et maxima. Magna exigitur fides
comite deſertꝰ manet mūdꝰ velut ec cleſia ſine euchariſtia. Et ſicut filij iſ rael qn̄ nubes receſſit a tabernacu lo:et reſedit in mōte pharā. A taber naculo eccl'ie recedit hodie maria: vt i mōte altiori. ſ. loco ſedeat, ideo partim leta: partim vero triſtis hec feſtiuitas eſt. Sed dū nebula aſcen dit,nubes aquas emittere ſolet, idō triſtitia veſtra fratres conuertatur in gaudiū:qm̄ maria vt fons deli tiarū paradiſi aſcendit de terra:vt copioſius irrigare valeat vniuerſaʒ ſuperficiē terre. Nam dū viueret:an gulo domꝰ ſue: receſſu paruo in hie ruſalem tenebatur,nunc autem aſcē dit vt omnibus proſit poſita inter deum et creaturas. Quod apertius innuitur in eo ꝙ dicitur delitijs af fluens. De quibus ⁊ alibi dicit. De litie me eſſe cum filijs hominū. Ne mo ergo ſe matre maria orbatum di cat. que hodie ad omnes expandit alas ſuas,hec aquila grandis ma gnaꝝ alaꝝ et longo mēbroꝝ ductu i cūbere vult ſuꝑ nos filios ſuos fouē dos:quo abſentior eſt corpe: pſen tior eſt nobis mēte qm̄ hodie coram deo pluſꝙ antea mōſtrat ſe eſſe ma trē oīm viuentiū:dum primo ingerit ei vbera depreccatoria pro nobis.

Geñ.2.b.

Puer.8.b.

¶ Aliter etiam poſſumus intellige re ꝙ maria de deſerto delitijs afflu ens aſcendat:nā dum xp̄s ſpoliauit limbū de deſerto. ſ. limbo dr̄ aſcēdiſ ſe delitijs meritorum affluens, et ſic maria ſimilis filio dū aſcendit. ſpo liat purgatorium impartiens ani mabus merita ſua. ideo ꝙ dicit deli tijs affluiſſe quoniam aſcendit ſicut virgula fumi vniuerſi pulueris bo ni odoris,que non directe ſed ꝑ am bages aliquot aſcēdit. Maria fecit optimam ambagē viſitās purgato riū:⁊ pro eorum igans oratione ſua deum qui hodie iuxta magnificen tiā principalē largiꝫ munera ꝑ diū ctiōe ⁊ nuptijs heſter liberatricis po puli ſui,⁊ ēt regeʒ dedit oībꝰ puītijs ſuis. ſ. celi ⁊ purgatorij ⁊ eccl'e: ⁊ ſine

Purgatorium ſpoliat maria.

Cant.3.b.

fernĩ. De prouincia celi dicitur ꝙ an
geli deum laudantes requiem non
Eſa.6.a. habebãt die ac nocte dicentes. Sã-
ctus / ſctũs / ſctũs / dñs deꝰ ſabaoth,
ſʒ nũc alterna voce dicũt. Sctã ſan
cta ſancta eſt dña ac regina noſtra,
que hodie potẽter aſcẽdit. Prouin
cia purgatorij, hodie requieſcat in
pace audiuit a matre dĩ: vt requieſcãt
a laboribus ſuis, ꝓuincia ecclie ho
die non infeſtatur a demonibꝰ: qm̃
mater dei oſtendit potentiã ſuã ter-
ribilẽ. vt caſtroꝝ aciem ordinatam.
Prouincia inferni pax requieuit dũ
demones territi fugerẽt, qui torto-
res erãt, nam (vt aiunt) dũ nomẽ Je
ſu ꝓfertur: interea ꝙ demones ge-
nua flectũt: nõ torquent aĩas, et ſic
dum mater Jeſu aſcendit nõ ſolum
ab aere ſed in inferno ac infernali
fundo ſe ꝑregunt. Nõ ſolũ ergo dei
filius: ſed etiam oẽs alij ſigillatim
poterũt dicere, ipſa auxiliata eſt mi
chi. ¶ Sed qualiter aſcendit ſupra
Innixa ſupra filium. filiũ innixa videre eſt, nec magni cõ
ſilij angelus gabriel dignꝰ inuenit:
vt ei mater dei maria innitatur, ſʒ ſu
per dñm deum ꝛ filium ſuũ innixa dr
aſcendiſſe: ac ſi humeris (velut olim
ſacerdotes) archã deferret matrem
Exo.20.b ſuã, qui matri et patri honorẽ ꝓſta-
ri iuſſit. Hodie implet hoc ꝑceptuʒ
dei filius: qui tantum matrem hono
rat, vt velut iactanter dicat ange
lis: hanc amaui et exquiſiui in ma
Statꝰ marie. trem meam hec me aluit: huic ſub-
ditus eram in mundo. Hec fuit ve-
lut aurora cõſurgens clara in ſua cõ
ceptione, pulchra vt luna: dum ful
ſit in templo dei: electa vt ſol, dũ in
ecclia mea manſit eã regere, nũc in
Geñ.28.d ſua aſſumptione terribilis eſt locus
iſte: qꝛ non eſt hic alius niſi domus
dei ꝛ porta celi. Nec mirũ fratres ꝙ
vellet xp̃s (ſicut aſſuerꝰ vxoris ſue)
oĩbꝰ populis matris ſue marie oſtẽ
dere pulchritudinẽ: naʒ qui iubet in
terra: vt videamꝰ arcum inter nebu
las glorie, ꝛ bñdicamus eum qui fe
cit illũ, firmius vellet ad ſuã gloriã

matrem ſuam videri hodie in celo
nouiter ab eo introductam: vt ſit ar
cus federis inter ſe et terram. Re-
cte in arcu celi: qui dicitur federis ſi
gnatur maria, nam arcus celi cordã
habet verſus terrã, ꝛ dum ſic arcus
manet ferire non poteſt niſi deũ, qm̃
ſtat oppoſitus contra eum. Si ergo
vultis ſagitta orationis deuʒ attin Maria eſt arcus.
gere cuius etiã cor orõnibus vulne
ratur hũc arcum dei capite. ſ. mariã
que federis dei eſt. ꝓpterea ꝙ ſagit
ta orõnis ſue nũꝗ̃ vertitur retrorſũ
Ue illis qui conuerſi ſunt in arcum
prauũ ſuſpecte deuotionis: atqʒ ꝓij
ciunt arcum federis dei matrẽ. ſ. ſuã
q̃ nõ niſi fedꝰ ſempiternũ hoies ſo-
lẽt reportare. Si ergo cupis ſangui-
nẽ atqʒ venationem facere tibiqʒ ꝓ
uideri ꝛ conſulere, quicq̃d offerre pa
ras, marie ꝯmendare memento. ꝛ ſic
hoc federis arcu poteris potiri ac fũ
gi, ꝓſertim hodie qm̃ glorioſior ap-
paret inter nebulas glorie, immo et
inter diuinas perſonas qꝛ pater cõ-
gratulatur filie ſue primogenite: et
ſpũs ſanctus ſponſe: et filius matrẽ
veneratur, atqʒ ſemper audit ꝓ ſua
reuerẽtia. Ubi altiſſie ipa maria au
xiliata ẽ michi et oibꝰ q̃ cõfidũt ĩ ea Scda pe.
¶ Ut ſcias qualiter etiã in celo exi-
ſtenti xp̃o oĩpotenti, maria ipſa ꝓſti
tit auxilium. Premittenda eſt q̃dam P.p.q.12
queſtio: quã facit beatꝰ Thomas in ar.3.
prima pte ſumme loquẽs de cogno-
ſcibilitate dei: vbi querit. An deus
poſſit videri oculis corporalibus,
ꝛ tenens partẽ negatiuã ꝓbat eã ſic
Actus debet ꝓportionari ei cuiꝰ eſt
actus: ac ſi dicat, qualis quilʒ eſt ta-
lia facit opera. Cum ergo potenti a
viſiua, corpalis ſit: nõ ſe poterit ex- Uiſio dei.
ercere circa deũ: nec attingere pote-
rit ſpm̃ corpore carẽtem. ſicut nec vi
dere valemꝰ aerem in medio exiſten
tẽ coram nobis. Nõ igitur ocl'is fa
ciei ſed mundo corde videtur deus,
ꝛ ipſa aĩa ſeipſa videt deũ: ſicut ſol
ſi haberet intellectũ ſeipſo videret,
ꝛ non aliquibꝰ oculis. Merito qui-



bus tot obſcena et mala videmus
quibꝰ tot facinora perpetramꝰ. Nã
cũ cetera mẽbra habeãt determina-
ta peccata ſua oculi nr̃i ad oĩa pec-
cata ſe extendere poſſunt. Si autem
dicas. Ad q̃d ergo ſunt oculi noſtri,
ſi tam ſublime viſibile nõ poterunt
videre? Sũt ad videndũ humanita
Obiectum ſatiat potentiam. tem xp̃i qua beatificãtur. ¶ Aduer-
te etiã ꝙ obiectũ excellens poten-
tiam ſatiat et quieſcere facit, dũ eaʒ
actuat et occupatã tenet: alioquin
potentia non erit in ſua vltima ꝑfe
ctione, vnde tunc potentia viſiua eſt
optime ſe habẽs, quãdo optimũ an
te ſe habet viſibile, et auditiua ſe op
time gerit quãdo actuat optimo ſo-
no, alioquin ſi ſcis melioreʒ alicubi
eſſe ſonũ aut rem videndã ſuſpen-
ſus manes donec eaʒ attingas, qm̃
plena quies non datur in mediocri
Aſſumpta maria implet gl'iam xp̃i ſui. ſed in maiori. ¶ Tertio autẽ aduer-
te: ꝙ vt tenet auguſtinꝰ, in celo an-
te aſſumptionẽ marie non erãt alia
ſanctorũ corpora preter corpus xp̃i,
et dato (vt tenet ambroſius) ꝙ eſſẽt
cum corpus marie cetera excedat ſi
cut ſol ſtellas. et xp̃i oculi nec deuʒ
videre poſſent: nec decens eſſet, vt
ſemper ſuper ſe reflexi manerẽt. ꝛ in
alijs ſanctis non poſſent adimpleri
accidentali gloria: ſequiturꝙ xp̃s in
celo eguit aliquo auxilio, quod cor
pus marie glorificatũ ei preſtare po
tuit. Nam ſi dum primus homo in
paradiſo delitiarũ manens: cui oĩa
ad votum prouenire nemo dubitat,
pro ſuis oculis ſatiãdis habuit flo
rum et fructuũ ac animaliũ colores:
ꝓ naribus odores herbarum et aro
matum, pro guſtu ſapores, pro audi
tu garritus auiuʒ et ſonitũ aeris flu
uiorũ ac foliorum. et animalia pote
rat aduocare: vt luderet, tamen dici
Geñ.2.d. tur / non eſt bonũ hominem eſſe ſolũ
faciamus ei adiutorium ſimile ſibi
Quis ꝓ oĩbus ſenſibus ſuis habe-
ret delectabilia, tamẽ dicit ſolus: qꝛ
ſimili ſibi caret adiutorio: ꝙ ſi hoc
ita eſt q̃d de ſcdo adam referam in

paradiſo dei exiſtenti: niſi ꝙ eget ad
iutorio ſimili ſibi. ſ. maria vt dice-
re valeat, ipſa auxiliata eſt michi. vt
ſ. accidentali gloria plenus eſſem.
Auxiliata eſt oculos meos: dum po-
ſitus eſt corã eis cãdor lucis eterne: Sap.7.d.
ꝛ ſpeculuʒ ſine macula quo et deus
vidit ſe, nã luci omniũ corporũ com-
parata inuenitur prior: ideoqʒ per- Cãt.3.d.
maneant in ea oculi mei et cor meuʒ
vſqʒ in ſempiternũ. Videant reclina
toriũ aureũ media charitate conſtra
tũ. Ipſa auxiliata eſt auribꝰ meis,
duʒ vocibus ſuis ac verbis melliflu
is, et cantibꝰ dulciter eas afficit, Er
go o maria fac me audire vocem tuã
qua me paruulũ nutriebas: q̃ ꝛ cane
re ſolita eras. Magnificat aĩa mea Cãt.4.c.
dominum. Uox enim tua dulcis. fa-
uusqʒ diſtillãs labia tua. Ipſa eniʒ
auxiliata eſt ꝛ odoratui meo, qꝛ odor
veſtimentorũ tuorũ: odor corporis
tui ſicut odor thuris: et ſicut odor
pomorum. Sic ergo per totum ipſa
maria ſuſcitata preſtat auxilium glo
rie accidentali dñi Jeſu. ¶ Qui et in
alio voluit a matre auxiliũ. Naʒ qꝛ Auxilium
ipſe introiuit in ipſum celum: vt ap- orationis
pareat vultui dei pro nobis, cui obij preſtat aſ-
cit vulnera, vult etiam ꝙ mater ſua ſumpta ma
ſecũ pariter pectora repreſentet pa- ria.
tri, qui antea dicere ſolebat. Queſi-
ui virũ: qui ſtaret pro terra, ne diſſi-
parem eam: non eſt qui ſurgat et te
neat me. Nunc / o pater ego ſto pro
terram orans te, ſurgat etiam mater
mea et teneat te pacatum. qm̃ de te
dicitur: ꝙ es pater miarum, et deus
totiꝰ conſolationis. Que petitio fra 2.cor.1.a.
tres repulſam patietur: ſi eam poni-
mus inter matrem et filium, ac in-
ter tot amoris ſigna? Moyſẽ et Aa-
ron habuit populꝰ hebreus interceſ 2.reg.1.d.
ſores, nos autem Jeſum et mariam
amabiles ꝛ decoros in vita ſua: qui
in morte quoqʒ non ſunt diuiſi dum
pariter ambo anima ꝛ corpore ſunt
in celo. Iſti ſunt duo cherubin mani
bus ſuis tenentes propiciatorium
immo et ipſum deũ tenent per illud

figuratum. Nec miremini fratres: ꝙ
eos dixi ſe deuꝫ tenere. Nam moy-
ſes deum tenebat ne faceret: quan-
Exo.32.c. do ipſe dixit. Dimitte me: vt iraſca-
tur furor meus contra populũ iſtum
Ue vobis ſi maria ⁊ filius eius deũ
non tenerent propitium, quem nos
tantum irritamus. Hec igitur con-
templans Jeſus ait: ipſa auxiliata
eſt michi.

Auxiliũ ſcri- ¶ In alio etiam voluit auxiliũ. Nã
pture ꝑſtat cum ſacra pagina de matris ac filij
aſſumpta reſurrectione loquaꝝ ad filiumqꝫ ꝑ-
maria. tineat ſcripturam implere, hoc face-
re non poterit ſine matre ſua, cuius
reſurrectio multipliciter figurata eſt
2.reg.3.b. et prenunciata, immo et ꝑmiſſa, ma-
xime in libro regũ vbi dicitur: Quo
modo iurauit dñs dauid, ſic faciet
cũ eo, vt transferaꝝ regnuꝫ de domo
Rom.6.b. Saul, et eleuetur thronꝰ dauid ſup
iſrael. ⁊ ſuper iudã. a dã vſqꝫ berſa-
bee. Regnũ dauid, regnũ dñ xpi eſt
corpus marie, quia nõ regnauit pec-
catũ imortali corpore ſuo, ſed filius
dei. Nam propterea incipit pſ. Do
minꝰ regnauit decorẽ indutꝰ eſt: ⁊c.
quia marie decora forma indutꝰ eſt
in qua dauid hominibus pulcher aſ
pectu viſus eſt. Hoc regnum dauid
morte irruente aliquando fuit in do
mo Saulis, qui interpretatur fouea
vel ſepulchrum, vbi per mortem fuit
maria. parum tamẽ detenta, quoniã
pater iurauerat chriſto, vt transfer-
ret regnuꝫ hoc de domo ſaulis ideſt
de fouea ſepulchri eleuatum in tan-
tum, vt fieret thronus mirificus ſu-
per iſrael ideſt ſuper beatitudinem,
vbi deus facie ad faciem videtur.
Et ſuper iudam ideſt ſuper totã ec-
cleſiam, vbi dominum confitemur
in hoc opere magnificum pluſꝗ in
omnibus alijs ſanctis, quia non fe-
cit taliter omni nationi ſicut marie
beatiſſime. Super vtramqꝫ eccleſiã
eleuaꝝ hodie maria in celo ⁊ in ter-
ra, qm̃ in corpore et anima glorifica
tur. et iſtud regnũ quod erat ſciſſum
in duas partes, a corpore aïa ſepa
rata, voluit deus reintegrari, quod
innuitur ibi, a Dan vſqꝫ Berſabee,
Dan eſt quedam ciuitas, que vario
nomine vocabatur, et propterea de-
ſignat varietatem ſtatus corporis
noſtri, qui ſepiſſime variatur, donec
in thronum anime erigatur, quoniã
anima beata vnita corpori glorioſo
in eo erit velut in throno, quoniã po
tius erit ad augmentum ꝗ̃ ad detri
mentum beatitudinis. De hoc thro
no poteſt dici. Thronus eiꝰ ſicut ſol
et ſicut luna perfecta in eternum, qꝛ
fulgebũt iuſti ſicut ſol in conſpectu Pſ.88.
dei. Berſabee eſt alia ciuitas, que in
terpretatur puteus ſaturitatis, et ſi-
gnat aïam virginis, cuius gloria nõ
poteſt meliꝰ exprimi ꝗ̃ ſi vocetur pu
teus ſaturitatis. Non dicimus ꝗ̃ al
tus ſit puteus iſte: qꝛ funiculus no-
ſter non poteſt eũ metiri. Nec dici-
mus ꝗ̃ta ſit eius ſaturitas, ſꝫ ꝙ filiꝰ
eius adimpleuit in bonis deſideriũ
ſuũ. A Dan vſqꝫ Berſabee regnum
xpi eleuatur, quia eiꝰ mater vbi ſem
per regnauit in anima ⁊ corpore glo
rificatur ſuper homines et angelos
per quos eleuatur a domo ſaul, que
ſepulchrũ eſt, in domuꝫ eternitatis.
Si vis eiꝰ aſſumptionẽ contẽplari,
vide ꝗ̃ta ſollicitudine ſctũs dauid,
ex domo obededon archã detulit in 2.reg.6.
arcem ſyon, et exinde Salomon ꝗ̃-
ta pompa eam induxit in templum
ſibi paratum, tunc forte perpendere
poteris, qua ſolertia chriſtus ꝑuit
matri locum preparare, qui reuerſus
hodie cum omni curia ſua eam acce
pit ad ſeipſum, vt in perpetuas eter
nitates regnet in gloria, quaꝫ michi
⁊ vobis preſtet Jeſus Amen.

¶ Prelibatũ ſermonẽ ſub hoc the-
mate poteris predicare. ſ. dic ẽ illi
vt me adiuuet. Et ſumitur ex euan- Luc.10.
gelio feſti hodierni. Ubi aduerte ꝙ
eſt triplex martha ſcilicet allegori
ca ⁊ anagogica: ⁊ miſtica. Prima ⁊
ſecunda et tertia martha conqueri-
tur de maria, ⁊ ideo meliꝰ. quia teſte
bernardo. felix eſt illa cõgregatio



vbi martha cõqueritur de maria. Jã
ergo allegorica martha et prima eſt
eccleſia militans que ſedule deo mi
niſtrauit, et ſeruiuit a principio mũ-
di in abel et ceteris patriarchis vſ
qꝫ ad aſcenſionem chriſti qui in ce-
lum aſcendens audit eam conquerẽ
tem. de maria matre dei atqꝫ dicen-
tem. Domine non eſt tibi cure: ꝙ
Maria reliquit me ſolam miniſtra
re: et vult aſcendere tecum? Ad
hoc adheret pedibus et affectibus
tuis: vt eam tecum ſedere facias in
eterna requie. Tunc dominus vidẽs
iuſtam Marthe querelam: eamqꝫ
turbatam erga plurima propter de-
relictionem corporalem dominicam
victus precibus marthe iuſſit Ma-
rie: vt martham iuuaret, ſecũqꝫ ma-
neret per aliquot annos. Eiqꝫ dixit
Maneas mater mea, vt adiuues ge
nus humanum ⁊ totam eccleſiam: ꝗ
multum iuuatur preſentia tua, ⁊ vi-
ue vocis oraculo tuo: atqꝫ cohuictu
Secunda martha eſt eccleſia trium-
phans in cuius caſtellum. ideſt bea-
titudinem dominus aſcendẽs intra-
uit que pre gaudio turbata eſt erga
plurimum obſequium ac receptionẽ
mirificam regis glorie nouiter aduẽ
tantis. Et ſe minus ydoneã ſentiẽs
ad oblectandum hoſpitem ſuũ chri-
ſtum qui eam honorare venerat: di-
xit ei. Domine nõ eſt tibi cure, ꝙ ſo
ror mea maria mater tua reliquit me
ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt
me adiuuet ad congratulandum ti-
bi: Ueniat de mundo: vbi ſedet ad
pedes tuos. ideſt apoſtolos eis ma
ter deputata. Ueniat: vt etiam tibi
preſentialiter congratuletur: ⁊ frua
tur eterno conuiuio preſentie tue.
Dominus Jeſus annuit etiam preci
bus huius marthe, et paucis annis
poſt aſcẽſſionem ſuaꝫ fecit: vt maria
ſurgeret a pedibus ſuis. i. eleuareꝝ
vt ſederet cũ principibus: et ſolium
glorie teneret ad dexteram filij: vbi
non ſolum audit verbum illius: ſed
videt atqꝫ fruitur operibus eius.
Tertia martha iam non turbata: eſt
anima virginis ſollicita de ſorore
ſua. ideſt de carne ſua que maria me
retur appellari. Hec ſedebat ad pe-
des Chriſti: ideſt in loco nouiſſimo
ſepulchri: tamen audiebat verbum
illius reſurrectionis generalis que
incepit in Chriſto, quod et audiet
omnis caro humana: tamen Mar-
tha: ideſt anima virginis ſollicita ꝑ
carne ſua dicit Chriſto. Domine nõ
eſt tibi cure: ꝙ ſoror mea reliquit
me ſolam miniſtrare? Reliquit me ſe
dens in ſepulchro, dic vt ſurgat per
acceleratam reſurrectionem: ⁊ meaꝝ
iuuet frui gloria tua. Dominus Je-
ſus qui nouit pijs ãnuere votis etiã
hanc martham audiuit, quia iuſtam
rem poſtulabat: et iuſſit vt ipſa mar
tha adduceret: atqꝫ eleuaret mariaꝫ
ſororem ſuam, vt ambe pariter frue-
rentur frequenti glorie miniſterio,
quod et factum eſt octauo die poſt
marie obitum. Tunc optimam par-
tẽ elegit ſibi maria ideſt acceleratio
nem reſurrectionis que non aufere-
tur ab ea ineternum. Jn alio ſermo-
ne oſtendam duodecim auxilia, que
nobis e celo deſtinat beata virgo.
Contra duodecim mala noſtra: nã
ſicut Heſter conſortium regni aſ-
ſueri obtinuit, vt cognatos ſuos iu-
deos adiuuaret oportunius: ſic bea
tiſſima dei genitrix obtinuit hodie
cõſortium chriſti reſurgentis, qui ſi-
gnanter in reſurrectione dr̃ regnaſſe
ab india vſqꝫ ad ethyopiam dum ani
mã et corpus cum potentijs ſuis in
regno celoꝝ beatificauit totaliter re
iecta omni cõtraria poteſtate, vt ple
niſſima pace regnaret. Hanc regnã
di omnimodam poteſtatẽ hodie cuꝫ
eo Maria obtinet, ideo pre ceteris
eſt conſors regni.

¶ Decollatiõis Johãnis baptiſte.
Sermo.35. hiſtoricus.

¶ Thema. Miſit filiꝰ homicide huc
vt precidatur caput meũ. 4.re.6.g.

¶ Jnuocatio ad mariam que ſancti
cat Johannem.

Satis oĩbus
ꝑſicuam ar
bitror regu-
lam, ſi in die
calamitatis
mẽores ſint
priſtine pro
ſpitatis: vt
ſic gaudia
curis miſce-
ant triſtibꝰ,
quod etiam in alienis erumnis cau
tũ videtur, nam dum ſapiens caſum
beati Johãnis miſtice defleret: intu
ecli.49.b lit. Male tractauerũt eũ: qui a vẽtre
matris ſue conſecratus eſt ꝓpheta.
Decapitat herodias, quẽ beata vir
Maria io- go capiti ſuo xp̃o iunxit nõ vult au
hãnem con dire corripientem: quem etiã in pro
ſecrat. phetam ex vtero matris ſue con-
ſecrauit mater dei. Saltu emitur:
quem dei genitrix ſaltare et exul-
tare fecit in vtero. Nam dum audi-
uit ſalutationẽ marie eliſabeth: exul
Luce.1.d. tauit infans in vtero eius. Tam gra
tus fuit dño deo ſaltus: quẽ Johã-
nes fecit, ad ſonitũ vocis marie con
ſecrantis eum prophetam, ꝙ ex hoc
etiam mater eius eliſabeth repleta
eſt ſpũ ſancto: et prophetauit, etiaꝫ
ipſa dicens: Unde hoc michi, vt ve-
niat mater dñi mei ad me? Iã ꝓphe
tiſſa hec nouerat: quod ſola Maria
experta fuerat: diuinaꝫ .ſ. materni-
tatem, qua conſecrandi ꝓphetas au
ctoritateꝫ receperat. Nec mirꝝ ſi hoc
habeat maria: cum quidã vt prophe
4.reg.3.c. taret, pſaltem iuſſerit adduci: ⁊ ma-
ria tympaniſtria ſit. ⁊ organum filij
dei, immo ⁊ pſalteriũ decem corda-
rũ: qr decem verſus cantauit: quãdo
dixit, Magnificat aĩa mea dñm. ⁊c.
Luce.1.e. Juſte igitur Johãnes ad huiꝰ iſtru-
menti diuine muſice ſonũ, conſecra-
tus ẽ ꝓpheta in vtero adhuc mr̃is,
ꝙ ſi ⁊ nos in vtero ſumus mr̃is ec-
cleſie, ad matrem eius mariam voce
gratiſſima deũ deprecaturã ꝓ gra-
tia recurramus. d. Aue maria.
¶ Argumentum dicendoꝝ.

¶ In capitulo ex quo thema ſũptuꝫ
eſt narratur, ꝙ rex iſrael credẽs pro-
phetam Helyſeum ſeruuꝫ dei eſſe:
nichilominus miſit, vt eius amputa
retur caput, ⁊ ſic rex Herodes videt̃
feciſſe: qui ſciens Johannẽ viruꝫ iu
ſtũ ⁊ ſanctũ, vt in preſenti dr̃ euãge
lio, nichilominus eũ decapitare iuſ-
ſit. Rex iſrael irritatꝰ fuit a mulie-
re filium comedente, vt prophetã de
collaret: herodes etiã ab herodia q̃
filiã ſaltatricẽ comedit. dum eã pec-
catis ſuis inuoluit. Ille rex iſrael oc Figura herodis.
cidere voluit ꝓphetã: qui iordaneꝫ
aperuerat, Johannes aũt vſqꝫ ho-
die ipſum dimiſit apertũ: ex quo in
eo dñm baptizauit: vt nos tranſea-
mus ad celum. Ille rex iſrael homici
de filius erat, herodis etiã pater in
nocentes necauerat: et ideo merito
ait Johãnes de eo. Miſit filiꝰ homi
cide ⁊c. In toto ſermone hyſtoriaꝫ
pretexam cũ cauſis decollationis hu
ius ſancti.
¶ Pro hyſtorie narratione (que de- Prima pa
uotiſſima eſt) aduerte cũ beato hie
ronymo: ꝙ nullum alium legimꝰ ob Herodes
ſeruaſſe diem natalis ſui: niſi hero- detior pha
dẽ ⁊ pharaonẽ vt quoꝝ erat vna i- raone fuit.
pietas eſſet vna ſolẽnitas. Quãuis
hoꝝ eſſet vna impietas: non tamẽ
idem gradꝰ impietatis, qr prõptua-
ria cordis herodis pleniora ſunt do
lo: cuius alter figuram tenuit. Pha
rao eñ interpretatur denudans: he-
rodes autem glorians in pellibus
vbi denotatur tyrãnis in vtroqꝫ. Ra
pinis eñ onerant mẽſam ꝯuiuarũ:
⁊ pauperꝝ ſpolijs, hoꝝ duorãt opes:
vt poſt eſum etiã ſanguinem eoꝝ bi
bant aĩam et corpus necatuꝝ, ſcd̃m
illud Job. Panis eius in vtero eius Job.20.
vertetur in fel aſpidum intrinſecus
quia .ſ. introxicatus eſt. Qui elemo
ſinas deuorant viduaꝝ immo ⁊ po-
puloꝝ, panem ſuũ cũ fletu miſceant:
qr teſte Auguſtino. pctã comedunt triplex p̃dium.
alioꝝ. Qui aũt labores manuũ ſuaꝝ
manducat, letus ſit, qr beatus es in
preſenti: et bene ſibi erit in futuro
ſed



ſed alioꝝ ſudoribus qui veſcitur,
inferni morſibus patere ſe putet: q̃
deuoratus eſt plebem iniquorum ſi
cut eſcam panis. Deterior deniqꝫ
pharaone fuit herodes. gloriãs in
pellibus quas rapuerat. Gloriatur
in malitia qui potens eſt iniquitate
ps.51. Pharao dum diem natalitiuꝫ agit
piſtorem ſuuꝫ iubet interfici: Hero-
des autem piſtorẽ celi qui nobis fa
melicis panem celi contulit, de quo
dici ſolebat. Paruuli petierunt pa-
Treñ.4.a. nem et non erat qui frangeret eis:
donec Johannes venit, cum digito
manifeſtans. O Herodes guloſe q̃
vt ſecure ventrem tuum impleres,
luxurijs et cõmeſſationibus vacans
animarum piſtorem decollaſti: illuꝫ
panẽ afferentem qui ſolus dat vitã
mundo. Pharao audiens Moyſeꝫ
arguenteꝫ eũ nõ ita induratus erat
quin aliquãdo cõuerteretur: et etiaꝫ
de rege herode dicit euangeliuꝫ: ꝙ
libenter iohãnẽ audiret, eoqꝫ audi-
to multa faciebat: ſed non omne qđ
ad ſuam opus erat ſalutem. Multa
faciebat parua, ſed vnuꝫ ſibi deerat
precipuum .ſ. dimittere iohãnẽ, quẽ
captũ tenuerat: vt pharao populuꝫ
dei. Pharao nunq̃ vinxit prophe-
tam, qui verbis et flagellis eũ mone
bat: vt crederet deo, herodes auteꝫ
tenuit, et ligauit iohannẽ qui verus
moyſes fuit ſumptus ab herode, ab
aquis iordanis dum baptizabat: ne
Judi.16.e ampliꝰ procederet. qui homines in
aquis rethibus predicationum ſua-
rum capiebat, Capit̃ ab herode ma
iori dolo q̃ ſanſon per induſtriam
valide meretricis prodentis eum.
herodias oderat iohãnẽ: ⁊ volebat
occidere eum: nec poterat, tñ fecit vt
Jezabel eſt maliuola Jezabel, que per manꝰ re-
herodias. gis Achab occidere nittebat̃ He-
lyam zelatorẽ iuſtitie ſed ecce pluſ-
q̃ helyas Johannes eſt: qui ſciens
inſidias ſibi parari, non abſcõdit ſe
immo helyas fugit ad loca deſerta:
Johannes autẽ exiẽs a deſerto, ad
herodem vſqꝫ perueniens dixit ei,

Non licet tibi habere vxorem fra-
tris tui. Hec breuis ſententia fuit vt
ſagitta femore canis immiſſa: que
latrare fecit cõcubinam contra vi-
rum ſanctũ: aduerſus quem non ceſ
ſat loqui verba blaſphemie, vt eum
morti tradat herodes propter eam.
Non audet tamen: quia eum ſicut
prophetã populus habet, cuius ti-
met cõiurationẽ: ſed mulieris ſeuitia
que eſt implacabile malum, hunc in
uenit modum: vt cum viro ſuo con-
cinaret dolos contra inſontẽ. Citiꝰ
venit natalitius regis dies: vbi con
uiuiũ permagnificuꝫ poteris prepa Exitiale
rare magnatibus, et ſumpto pran- conſilium.
dio ſaltabit cõpoſita filia mea: quã
finges ita placuiſſe tibi, vt ſi dimi-
diuꝫ regni poſtulauerit, impetrabit
Sic enim effectum eſt in cõuiuio aſ
ſueri, poſt quod heſter obtinuit: vt Heſt.7.d
amã princeps ſecũdus a rege ſuſpẽ
deretur. Sic igitur pactum eſt inter
adulteros, et notos cõcubinarios,
ꝙ iohãnẽ non latuit: ſed ab arguen
do non deſtitit, etiam in carcere et
vinculis et penuria, que omnia dicit
contra herodem acclamare. Lege-
rat enim. Johãnes fortis eſt rex: for
tiores ſunt mulieres, ſed veritas pre 3.eſd.3.c.
ualet: que mulierem non veretur, re-
gem non timet: cui ait. Non licet ti-
bi, habere vxorem fratris tui. Cũ er-
go (vt ait euangelium) dies oportu-
nus adueniſſet, herodes natalis ſui
cenam fecit. Opportunus vocatur
dies preparate malitie, ita vt de he
rode dicere liceat illud: qđ de alchi-
mo, proditore dicitur. Tempus autẽ 2.mac.14.
opportunum dementie ſue nactus,
Quin et iudas opportunitatem que
rebat: vt xp̃m ſimili modo traderet
quã accepit etiam in cena, non prin
cipibus galilee, ſed apoſtolis facta.
Eos inuitat herodes: quos noue-
rat contra iohannẽ accenſos vel ſi-
mili cauſa, et ſibi laturos aſſenſum
Unde merito poteſt ⁊ de inuitante
et de inuitatis dici. Odio habuerũt
corripientem in porta: et loquenteꝫ

Perfecte abhominati ſunt. Inporta
euangelij corripiebat iohãnes eos
quos inuitauerat herodes, genimi
na viperarum eos vocans, et nũc
vulpecula et lupi ſunt eiuſdem con
Mat.13.d ſilij, vt inſidientur ſanguini. Chriſtꝰ
vulpem vocauit herodem ob has
verſutias. Nec ſolũ ob id ꝙ leſi fue
rant predicatione iohannis conue-
niunt contra eum, ſed quia nouerãt
iohannẽ chriſto fauere quem coraꝫ
eis euexerat: vſqꝫ dum diceret. Qui
de celo venit ſuper omnes eſt. Ener
uare putabant chriſtum: ſi iohan-
nes occumberet, ne ſuper eos eſſet:
ideo voce eccleſie dictum eſt contra
2.re.14.b hos herodianos. Querunt extingue
re ſcintillam meam: que relicta eſt,
vt non ſuperſit viro meo nomen: et
reliquie ſuper terram. ſcintilla, im
mo ⁊ lucerna chriſto meo erat iohã
nes quem nunc in conuiuio hij qui
carnes ad veſcendum conferunt, ex
tinguere volunt, ne quid ſuperſit in
terempto xp̃o viro eccleſie: cuiꝰ pri-
mogenitus eſt. Iohãnes. Peracto
igitur conuiuio poſtꝙ̃ mero incalue
rant, ſaturati nimis, venit omne ge-
Prou.7.b nus muſicorum ad pſallendum poſt
prandium regi. Nouiſſime, autẽ edo
cta puella in ornatu meretricio pre-
parata, ad decipiẽdas animas pro-
cedit incedens: ſubrogata vero tam
gratiſſime ſaltare cepit, vt omnium
oculos alliceret: animoſqꝫ cunctorũ
traheret ad ſe extollendã / cumqꝫ rex
tempus conſpiceret largitate dignũ
iuſta magnificentiam principalem,
et iuxta ea que decreuerat: ait puel-
Puelle petitio. le. Pete a me omne quod vis: quia
etiam dimidium regni (ſi petieris)
impetrabis: per deum viuũ. Credẽs
puella iuramẽto, et tantis teſtibus
de ſua mercede ſecura, reuertitur ad
matrem: et ait quid petam: vel ca-
ſtrum / aut redditus vnius anni to-
tius regni / vel torquẽ precioſiſſimaꝫ
que ad collũ regis pendet, aut here
ditatem quãdã pro ſpõſalibꝰ meis?
Cui mater ait. O filia (ſi honorem di

ligis vnice matris tue) Adiuro te vt
nil aliud petas niſi caput iohannis
baptiſte inimici mei: famam matris
tue deturpantis. O filia ecce nunc
tempus acceptabile: quo me vindi-
cem de lingua illa infrunita, ne tran
ſeat obſecro tanta oportunitas: ſed
inſta / pete / obſecra, vt ſtatim det ti-
bi in diſco caput ioh[an]nis baptiſte.
quod ſi non petis: deinceps nunꝙ̃
videbis faciem meam. Sic egredi-
tur cita puella, matris calliditate im
buta dicens. Volo vt protinus des
michi in diſco caput iohannis bapti
ſte. O puella. neſcio an tibi vel ma- Herodias carpitur.
tri tue alloquar, in vtraqꝫ eadeꝫ ma
licia eſt: idemqꝫ dolus ſicut in calli-
diori ſerpente et ſerpentina eua. O
herodias crudelior athalia, aſtutior
dalida ⁊ pernitioſior iezabel, falla-
tior iael, q̃ per blanditias mortẽ in- Iudic.4.a
tulit ſyſare: tu es meretrix magna
ebria ſanguine iuſtorum. Dum eniꝫ
iohannẽ decollare vis, diſcipulos
ſuos occũbere facis. Quid enim ma
li fecit iohannes? Cur non licuit ſibi
dicere, quod tibi placuit facere? Ver
te gladium contra te. Si enim ille
mortem meretur quia talia dixit cõ-
tra te, tu ipſa dignior es morte: quia
talia perpetraſti contra deum. Sed Pri.re.3.a
ne miremini fratres: quoniam hero-
dias non poterat videre lucernam
domini anteꝙ̃ extingueretur, ideo
voluit extinguere illum: qui erat lu-
cerna ardens et lucens. Ardens dici
tur quia comburens montes domi-
nos videlicet terre, ⁊ lucens contra
debiles oculos peccatorum. grauis
quippe iohannes erat eis ad viden
duꝫ: improperans eis peccata legis
Sed o puella quid petis? Satis eſ
ſet ſandalia picta poſtulaſſe pro ſal Filia eius.
tu tuo, aut vittam coccineam, vel in
naures: quibus caput vanum orna-
res. Scis ne quid petis dum caput
Iohannis expoſtulas protinus, ne
reſipiſcat rex: Si forte ignoras ſtul
tiſſima puellaruꝫ, qđ caput ſitiſtud Caput io
audi me alloquentem eum. O caput hannis.



beati iohannis ſenſum xp̃i habens
caput eius aurum optimum: caput
etiam xp̃o venerandum, cui etiam
filius dei diuinum caput inclinat: dũ
ſub manu iohannis baptiſma ſuſce-
pit. O caput mundo precioſius, ca-
put amici ſponſi: caput magni con-
ſilij angeli, caput apoſtolorum ma-
giſtri: caput predicatoris primi no-
ue legis, caput lucerne totius mun-
di: caput cõſiliatoris meliorum cha-
riſmatum, caput vitiorũ damnato-
ris: caput fidei fundatoris: caput de
quo ãgeli ãnũtiarũt, ꝓphete ꝑdica
uerunt: euangeliſte ſcripſerunt, xp̃s
predicauit: caput ſuper quod a tota
trinitate factum eſt verbuꝫ domini,
caput vbi erant aures ille: que etiã
in matris vtero vocem marie audie
runt: et in deſerto vocem patris, ocu
li quibus xp̃m cognouit: lingua qua
eum predicauit: caput delegati to-
tius curie celeſtis ad mundũ pacan
dum: caput monti carmello aſſimila
tũ ꝓpter ſublimẽ contemplationem
ſuam. Hoc ignara puella crudeliter
petit, ꝙ pie ac humiliter petierat ec-
cleſia vti luciferum mittendum an-
te ſolem: hoc petit protinus: qđ plu-
rimis expectatum fuerat annis, pe-
tit in diſco quod totus nõ valuit ca
Inſtat puella et conviue. pere mundus. Ideo enim heremum
petierat iohãnes quia eo dignꝰ nõ
erat mundus. Rex autem aliquid
magni credens in iohãne: ad puelle
petitionem cõtriſtatus eſt: dilatio-
nemqꝫ fingit, illa autẽ inſtat: vt pro
tinus detur caput. Fiat inquit ver-
bum domini mei regis iuramento
firmatum, ſicut ſacrificium quod di-
ſtinxerunt labia tua: alioquin mo-
riar. Noluit tandem rex contriſtare
delitias ſuas: nec conuiuas qui ai-
unt. Non putet dominus noſter rex
ꝙ magnũ q̃d puella petierit. Quid
enim eſt caput vnius heremite? Plꝰ
iacture eſt in iuramenti retractatio-
ne vel regia promiſſione: quam pre
terire non licet. Poſtulat igitur pu
gillarem: et ſententiam dictat ebriꝰ

iniuſtam. In die natalis illiꝰ qui na
ſci non debuiſſet: morte damnatur:
qui mori nõ deberet. Quod peſſime
iuratur. deterius impletur, et incre-
pande acquieſcit petitioni, et prauo
rum conſilio diſſipando. Etiam ſi
dignus morte iohannes eſſet, tali-
tempore non deberet plecti. Ait enĩ
Hieronymus, legimus in romana
hiſtoria flaminium ducem romanuꝫ
ꝙ accubanti iuxta ſe meretricule:
que nunꝙ̃ ſe vidiſſe diceret homi-
nem decollatum, aſſenſus ſit: vt re-
us quidam capitalis criminis in cõ
uiuio illico trũcaretur, a cenſoribus
pulſum curia: ꝙ epulas ſanguini mi
ſcuerit, et mortem q̃uis noxij homi
nis in alterius delitias preſtiterit:
vt libido et homicidium pariter mi
ſcerentur. Hec ille: quod non aduer
tens herodes miſit ſpiculatorem cũ
cyrographo damnationis: vt ſta-
tim deferret capuẽ baptiſte: quia mã
datum regis vigebat. Vocatur ar-
cis preſes. qui iohannem vinctum
tenebat, pius tamen erat et bonus,
quia quemadmodum Laurentius Cuſtos carceris ⁊ iohãnes.
hypolitum: ſic iohannes conuerte-
rat carceris cuſtodeꝫ ad fidem. Hic
ergo baptiſte rupit ſilentia triſtis
ſuſpirans et flens ingreditur carce-
ris ima, quem cum vidiſſet iohan-
nes. mutato vultu affectum tedio di
xit ei. quid meres? Cur fles amice? Ioh.1.a.
Viuit ne dominus meus Ieſus? An
ſui eum non receperunt? Intendit
proſpere, procedit regnat? Viuit ne
lux illa de qua teſtimonium perhi-
bui: ꝙ illuminatura eſt omnem ho-
minem venientem in hunc mundũ.
Vbi eſt dominus meus Ieſus in cu
ius te amorem accenderam? Cogno
uit eum mundus adorat illum orbis
terrarum? Venit ad eũ fortitudo gen
tium? Miratur carceris cuſtos tam
ex integro Iohannem transforma-
tum in chriſtum, tam alieni iuris ef-
fectum: quia ſic amor chriſti affece-
rat eius mentem: vt non ſua ſed que
ſunt ieſu Chriſti cogitabũdꝰ q̃reret

Oſtendit ergo ei mandatum regis ſpiculatorez: gladiū ac diſcum quo ſtatim caput deferri iubetur: ille autem reſpōdit. Uiuo ego: iā nō ego:
Gal.2.b viuit vero in me xp̄s, ille que agenda ſunt erga me diſponat: ſine cui9 nutu nec arboris cadit folium, nec paſſer in laqueū/ munera eius ſunt que vobis flagella videntur. O Johannes inquit cuſtos: Quis amanti nichil ſit difficile: amorq3 nichil ſentiat aduerſum, omnia eni3 ſibi recta videntur vt pergat ad nimis amatum, tamen nobis nouellis ac teneris dura videtur manus dei tui contra te, mutatus eſt tibi in crudelem
Abac.i.a. aut obliuioni dedit te. Cur enim tacet conculcante impio iuſtiorem ſe? Cur ſinet ſubuerti iuſticiaz in prouintia galilee? Cur corruit i plateis veritas tua et equitas non potuit incedere in pectus herodis, quē tu equanimiter arguebas? Quis nō ſtupeſcat, et timeat videns qualiter te deſerit de9 tuus? Si amicus eius es: ſi pluſq̄ꝫ propheta: ſi tantum ab eodem chriſto laudatus, cur non eſt ſibi cure q̄ gladio traderis, τ ludibrio ſaltatricis? Si iuſt9 iohānes talia in terra recipit, quid ſperat ipius et peccator? Quod naz perpetraſti malum/ O baptiſta: tam ſegregatus a peccatoribus et mundi voluptatibus, vt iuſte dicaris non manducās neq3 bibēs. Doleo ſuper te qui nec herodi nec herodiadi iniuriam irrogaſti: ipſi ſe infamie dederunt. Ubi ſunt miſericordie xp̄i tui? Ubi ꝓtectio ei9 i ſuos? Ubi amicitia in amicos? Ubi p̄rna ſollicitudo in filios Ubi amor quo te viſitauit, τ ſanctificauit in vtero? Reſpōdens autē iohānes dixit. Aduerte quod non eſt ſeruus ſuper dominū ſuū, nec diſcipulus ſuper magiſtrū: domin9 τ magiſter meus paſſurus eſt, quid ni patiar ego? Dū rex ingreditur bellum amicitior eius it iuxta eum, quos amplius diligit, laborioſa cōmēdat ex recitatione. Nec non et conſidera:

Reſpōſio iohannis laudās tribulationē

q̄ promiſſionis terra viuentium lac et mel fluere dicitur, lac vero prius eſt ſub forma ſanguinis q̄ꝫ cōmeſtibile fiat. Sic dei gloria prius eſt in ſanguine tribulationis, q̄ꝫ in dulcedine fruitionis: mel pariter ſub aculeo apis nutritur anteq̄ꝫ dulce fiat, q̄m per ſanguinem et gladiū oportet nos introire in regnū dei: vt poſtea de quolibet noſtrū dicat. Mel
Cāti.4.c et lac ſub lingua eius. Si autez breuiter attēdere vis decollatiōis mee rationes prima eſt: vt dem locum integrum xp̄o meo. Dum enim ort9 eſt ſol: nō apparet lucifer, propter chriſtū natus ſum: famā ſanctitatē ſciētiam, linguā, τ opus τ vitam meā detuli ei, vt eū oſtenderē mundo. Nūc aūt curſum conſumaui: τ opus miniſterij quod ſuſcepi, tēpus defunctionis inſtat. Sicut ego nat9 ſuz vt magnificarē chriſtum, ſic morior vt ſolus magnificetur in mundo. Secunda ratio quia cū ipſe teneā legis figurā que ꝑterijt: oportet vt finez accipiam. Petrus ſemꝑ a carcere liberabitur non aūt Johānes, q2 lex iaz deſinit tranſmiſſis oīb9 q̄ habuit ad chriſtū: ſicut Johānes tranſmiſit diſcipulos, ſic lex ꝓphetas: eiq3 teſtimoniū dedit. Decapitat lex a iudeis dempto xp̄o qui eſt caput legis, nam vbicūq3 de xp̄o fit mentio, vel negatur, vel alia datur intelligentia: vel nōdū completa dr, τ ſic ſolus trūcus legis manet reiecto xp̄o, τ dato puelle. i. gentilitati aut rome in diſco fidei. que dat illud adultere matri. i. ſinagoge: vt aliquādo reſipiſcat, accipiens a gentilitate xp̄m. Tertia ratio q2 fuit etiam Johānes xp̄i figura, ſicut τ legis, vnde eū ꝯparat Auguſtinus. fibule in pectore ſacerdotis xp̄i iungēti pallium. i. legē τ euāgeliū. ſuit em̄ illoꝝ finis τ principiū noſtrū ſicut hacten9 expſſerat xp̄m, in baptiſmo τ predicatione: ſic τ in morte illū debuit pre ſe ferre ac depingere in ſe, nā veluti Johānes, ſic etiam xp̄s moritur9 eſt pro tuenda legis

Cur decollatur iohānes



legis veritate τ reprehēſione vitioꝝ vn̄ xp̄s dixit de ſe. In hoc nat9 ſum
Joh.18.g. mundo: vt teſtimoniū perhibeā veritati. Et q2 iudeoꝝ ac principuz, et phariſeorum vitia arguebat, morit in manibus eoꝝ, ꝓpter reprehenſaz ab eo ſinagogā adulterā, ꝓpriū maritū xp̄m relinquētē, ob regē ceſarez. Dixit em̄ non habem9 regē niſi ceſarē. Quarta ratio vt ſit in limbū Johānes ꝑcurſor ſicut in mundū: τ lux eius oriretur in regione vmbre mortis, ibiq3 gaudium cauſaret ſicut in mōtana iudee qn̄ natus eſt. Un̄ orō Johānis i carcere ſic erat. Educ de
Ps.141. cuſtodia aīam meā ad ꝯfitendū noī tuo, me expectāt iuſti. ſ. in limbo donec retribuas michi. ſ. tecū in reſurrectione q2 qn̄ multa corpora ſctōꝝ ſurrexerūt: pariter ſurrexit baptiſta. Ibi ꝙ in limbo abrahā exultauit, vt videret diem xp̄i: vidit ꝑ Johānem et gauiſus eſt. Quinta ratio vt excellētiā Johānis oſtēderet de9, nā qui in vita ſignū fecerat nullū: in morte
Ecl.49.d. plurima fecit ſigna, ita vt de eo dicatur: q̄ oſſa ei9 mortua ꝓphetauerūt Nā (vt ait Cyprian9) ad capitis ei9 tactū viginti mortuis vita reſtituta eſt in quadā inſula vbi aſportatum fuerat. Nūc autē pro certo habetur in prouincia betica q̄ die ſancti Johānis peſtis ſi increuerit ceſſare debet: quod iam ſepiſſime expertū eſt. Sexta ratio decollationis eſt: vt ſit i oīb9 principatū tenens ſingularē. Hactenus em̄ confeſſorum erat primus ex quo ꝯfeſſ9 eſt: τ nō negauit. Inter ꝟgīes ꝟginitatis inſigne ſpeculū fuit pudicitie titulus caſtitatis exemplū. Inter patriarchas eoꝝ culmen extitit: vltimus ſynagoge τ primus eccl̄ie, inter ꝓphetas eſt pluſq̄ꝫ ꝓpheta: q2 quē venientē nunciauit digito etiā oſtendit. Inter angelos iſte magni ꝯſilij eſt electus angelus ad ꝑparandam viā xp̄o, inter ap̄los prim9 τ pīceps: qui prim9 fuit homo miſſus a deo. Inter euāgeliſtas, euāgelij prim9 inciſor, ꝑdicās euangeliū regni: de quo euangelia plena ſunt. Solū ergo deerat ſibi martyrij decus: τ ꝓpterea miſit fili9 homicide: vt ꝑcidat caput eius, vt ſic martyꝝ dux inter natiuitatē mortēq3 xp̄i conſtantiſſimi forma martyrū. Un̄ merito dicit pōt de Johanne. Bn̄dictionē oīm gentiū theſaurizauit ſuꝑ eū. Sic ergo ad ea q̄ cuſtos carceris q̄ſierat Johānes r̄ndit: ne caſualiter tm̄ videretur accidiſſe miſterium. Poſtea autē rogat eum ne pellis qua veſtitus erat, auferat ab eo, ſed q̄ diſcipulis ſuis nunciet felicē trāſitū eius vt ſepeliāt corp9 magiſtri. Tunc genua flectit baptiſta orans τ dicēs. O pater eterne optabam ego cuz filio tuo mori ad latus eius: grās aūt immortales tibi refero: q2 ꝑ eo morior, et ꝑ lege ei9: nūc impletur in me id quod dixeram. Illū opz creſcere. ſ. in mundo τ in cruce, me aūt minui trūcatione capitis ſ3 nō collatione donoꝝ: q̄ dediſti michi. Cū hec oraret vt ait quidā deuotus apparuit ei dn̄s Jeſus et mater eius Maria, ac ſi eſſent ſecuz in vinculis parati mori cū eo: nimiāq3 gratiam recipiēs. pariter ictum excepit gladij: cuius caput inuiſibiliter manus marie prius recollegerunt ac illud compoſuit in diſco: venitur tandē ad ipſū regē: qui poſt prādiū longa texuerat colloquia, ob que noluit caput videre: ſed iubet puelle donari. Poſtq̄ꝫ autē herodias a manu filie caput accepit, pre gaudio nō credebat, ſecretiorē ingreſſa locum ſic illud alloquitur. Ecce nūc de te habuimus victoriā in manib9 meis es cū regina preliū facere preſumpſiſti Ecce q̄ꝫ miſere occubuiſti. Ego faciam vt in hoc audaci capite multi ꝑcaueāt ſibi, cuſtodiētes capita ſua nec audeāt diſcrimini ſe obijcere. Tūc gladiolū ſuū accipiens linguaz preciſam cōminuit dicens: Melius eſt tibi lingua carere: quam eam extendere ac ſoluere contra me. Letatur deniq3 cum capite Johannis, ſic

Orō Johānis.

Joh.3.d.

Herodias caput alloquitur.

cuꝫ Judith cū capite holofernis: ꝛ il
lud teſte Cypriano Sepeliuit in ſe
cretiori palatio ſuo timens ne reſur
geret: ſi corpori adiungeretur. Dū aūt
vno quoqꝫ mane ſurgit, imprecatur ſu
per illud maledictiones gaudenter
Jeſus aūt maria ꝛ apoſtoli planxe-
runt Johānē, teſte bonauētura, nec
mix vt qui lazaꝝ fleuit, ꝛ Johānez
magis dilectum defleret, ſed gauiſi
ſunt patriarche in limbo cū precur-
ſore citius gloriā expectantes quaꝫ
michi ꝛ vobis preſtet Jeſus Amen.

¶ Decollatiōis beati Johānis. 36.
moralis ſermo.

¶ Thema Jacet in terra: ꝛ caput ei⁹
non eſt in illo. Judith. 14. d.

Jnuocatio ad mrēz dei ſpē ſalutis.

4. re. 4. d. Pater illi⁹ pueri q̄ dixe
rat caput meuz doleo,
nullā aliā ſalubrioreꝫ
inuenit ſubuētionē: p-
ter illaꝫ q̄ dixit. Tolle
ꝛ duc eū ad matrē ſuaꝫ
Miſericordia dei eſt ſancta Maria. Mr equideꝫ naturali iure tenetur in-
tendere neceſſitatibus filioꝝ, ꝛ ma-
xime illa q̄ olim bonoꝝ mater eſt ma
ria: ꝛ cunctoꝝ viuētiū de quacūqꝫ in
firmitate recurrentiū ad ſe, que ideo
ait. De quacūqꝫ tribulatione clama
uerint ad me, exaudiā eos Hec citi⁹
q̄ ſunamitis illa non ſoluꝫ ad mon
tem carmeli ſed ad montē dei altio
rē aſcendet: pro ſalute oīm ꝯfugien-
tium ad ſe. Altior mons dei mia eſt.
Scriptū eſt quippe reperio. Miſeri
Ps. cordia eius ſup oīa ope eius, imo et
quodāmodo ſup deū ipſum mia ei⁹
eſt: ne hui⁹ eñ iactura fieret: ſeipſuꝫ
deus exinaniuit: ne mia detrimen-
tū pateretur. Dāna ꝛ īcōmoda multa
paſſus eſt fili⁹ dei: quia eā ampliori
eſtimauit precio q̄ ſeipm. Alioquin
nō ſe daret p ea: ampli⁹ diligim⁹ in
emptione datū q̄ acceptū, ꝛ ſic pro
miſericordia et miſeria releuanda: ꝛ
gemitu paupeꝝ pacando ſe tribuit
filius dei. nō tñ niſi p manus marie
matris miſericordie, cui curā fauēde
miſericordie dereliqt, vt facilior eſ-
ſet nobis additus ad gratiam impe
trandam. Quis eñ mrēz verebitur:
Quis timebit repulſaꝫ, dū mrēz gra-
tie gratiā rogat? Ad eā ergo genib⁹
flexis eūtes ei offeram⁹ Aue maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Uerba thematꝫ ex iudith cronica
ſūpſi kmi fratres, vt ei collata hero
dias appareat turpior qꝛ oppoſita Herodias
iuxta ſe poſita plus eluceſcunt. Jſta ꝛ Judith;
fecit cōtra patrē aīe ſue Johanē, qd̄ holofernes
illa in hoſtē ciuiū ſuoꝝ exercuit: ac ſi ꝛ Johānes
inter ſctm̄ ꝛ prophanū diſtantia nō contrarij
eſſet. Holofernes ꝛ Johannes op- ſunt.
poſiti ſunt: ſimili etiā modo Judith
et herodias. Holofernes fōtiū mea
tus incidere fecit, Johānes aūt no-
bis p baptiſma ſalutarē adduxit fō
tē: q̄ ex nobis ſaltat i vitā eternā il-
luc deferēs aiaꝫ nr̄aꝫ. Jlle viā para
ri iuſſit Nabuchodonoſor regi ſuo
tyrānice volēti dn̄ari nō ſuis, iohā-
nes aūt rectas monet facere ſemitas
deo nr̄o pacifice veniēti ad ꝑtegen-
dū nos. Jlle manu armata venit, iſte
puer cū q̄ man⁹ dñi erat inermis eſt
qꝛ dei annūciabat agnū. Jlle vorax
ebri⁹ patiebatur ſitim: de iſto aūt euā
geliū refert: q venit nō mādu cās ne
qꝫ bibēs. Quē eñ paꝝ eſt p nichilore
putatur. Jlle p̄m⁹ erat in domo nabu-
chodonoſor: q̄ dyabol⁹ eſt, hic autē
maior iter natos mulieꝝ p̄nceps do
m⁹ xp̄i q̄ de⁹ eſt. Jlle etiā dexter ni-
mis in bello: iſte aūt i pace. Jlle nite
batur totū ſubiugare mūdū tenebraꝝ
pricipi: iſte aūt toti dixit orbi d xp̄o.
Jlle q̄ de celo venit ſup oēs eſt. Jlle Joh. 3.
deniqꝫ fatigat⁹ a vino: iſte aūt vinū
ꝛ ſicerā nō bibit. Quēadmodū oppo
ſiti ſūt iſti, ſic mulieres decapitātes
eos ꝯtrarie dignoſcuntur. De iudith
ſcriptū eſt, q vidua erat ita deſerui- Judi. 8.
ens caſtitati: vt oīb⁹ dieb⁹ vite ſue
ieiunaret, hñs ſup lūbos ſuos ciliciū
Erat autē hec i oīb⁹ famoſiſſima, nec
erat q̄ loqretur de illa, vbū malū qm̄ ti
mebat deū. O herodias tu nō vidua
ſꝫ duos hñs viros fratres: luxurijs
ꝛ ꝯmeſſatiōib⁹ vacās, diſcintos poſ



ſides lūbos peſſimis ardorib⁹ ple-
nos ꝛ ideo infamatiſſima, qꝛ nō ſo-
lū iohānes ſꝫ iniqtas tua aduerſum
te clamat. Cur ꝓpriū vixꝫ reliqſti, vt
Judi. 10. b raperes alienū? Jſta q̄ cū filia ſua fe
cit iohāni, qd̄ illa cū abra ſua fece-
rat holoferni āputās caput eius, ex
quo ſicut Judith optie fuit memo-
rie: ꝛ viduitatꝫ norma: ſic herodias
mal⁹ odor in oī loco inceſt⁹ ꝛ adul-
terij deteſtatio, qꝛ illa fecit ꝯfuſionē
i domo nabuchodonoſor regis: iſta
in domo regis herodis amaſij ſui.
Uñ ſicut bona vxor corona eſt vi-
ro ſuo, ſic adultera mulier nō ſolum
demit coronā eius: ſꝫ caput, qꝛ adul
ter caput rōnis nō hꝫ: Uñ etiā d ipo
herode dicere poſſum⁹ vba thema-
tis. Jacet in terra ꝛc. Ex euāgelio fe
ſti moralē ꝯficiā totū ſermonē oñdēs
Diuiſio. q̄s ſit herodes, q̄ herodias aut filia
ei⁹ ſit: ꝛ ꝯuiue ꝯſpirātes in caput iu
ſti: cōiurātesqꝫ in eius necem.

¶ Qd̄ in alijs deteſtamur fratres: i
Herodes eſt ſpūs noſter. nobis ipſis etiā imprecemur: ꝛ odio
habeam⁹. Oīa eñ q̄ ſcripta ſunt: ad
nr̄aꝫ capiam⁹ doctrinā, bona ad ſeq̄
lā: mala vo ad fugā. Uide igitur ne fe
ceris: qd̄ in alijs abhominaris, in te
o pctōr oīa ſunt q̄ in ꝯiuratiōe hac.
Eſt primo herodes rex: q̄ mōs glie
interptatur, et figurā tenet ſpūs tui in
feriora tua regentis, nā vbi ſpiritus
2. cor. 3. d. ibi arbitrij libertas eſt oīb⁹ īperās.
Merito quidē dr ſpūs noſter mōs
glorie, quia nō ſolū oībus eminet in
ferioꝛib⁹: ſed glie dei particeps eſſe
poteſt ſi exultet in deo ſalutari ſuo.
Si ſcrutetur etiā ꝓfunda dei, ſi rectus
ſit: et renouatus in viſceribus hols.
Roṁ. 8. d. Si deniqꝫ vn⁹ ſit cū ſpū dei, qui te-
ſtimoniū reddit ſpiritui nr̄o: q ſum⁹
filij dei. Talis ſpūs q̄ ſurſum ſunt q̄-
rēs: euolās ad deū qui dedit illum,
optime eſt mōs glie. ꝛ totius mūdi
minoris rex, nam ſpūs dñi ſaul mu-
tauit in virum alterū: vt eum dignū
regem faceret, a quo poſt peccatum
directus eſt in dauid: vt regnaret ſu
per iſrael. Spiritus ergo hoꝝ qui
ſpū dei regūtur ver⁹ eſt rex, ꝛ non ali⁹
Unde poſtq̄ dixerat Dauid. ſpiritu Ps. 50.
pricipali cōfirma me ſubdit. Doce-
bo iniquos vias tuas: et impij ad te
conuertentur. Eſt etiam talis ſpiri-
tus mons glorie. ideſt mons in quo
beneplacitū eſt deo habitare in eo. Herodias caro eſt.

¶ Sed etiā eſt in nobis herodias:
q̄ nō ſinit regem eſſe quietū: caro vi-
delicet noſtra q̄ per blanditias ꝛ nu
tus flectit cor regis, imo ꝛ ſanſonis
a carne tracti. Caro ſicut nec hero-
dias nō obtēperat qꝛ ſapiētia car-
nis inimica ē dō. Legi eñ dei nō ē ſub
iecta. Et ibidē quoqꝫ dicit Paulus
Prudentia carnis mors eſt. Sicut Roṁ. 8.
prudentia herodiadis mors Johā-
nis fuit: ſic prudentia carnis noſtre
mors gratie eſt nobis. Herodias in
terpretatur glorians in pellibus: qꝛ
caro pellem ceruſa mutat. Nouerūt
enim mulieres albas aut rubeas, vel
candidas: lucidas ue pelles ſuas fa
cere in quibus gloriantur vt hero-
dias. Quemadmodum ergo anime
gloria eſt ab intus, ſic gloria carnis
ab extra eſt i pelle molli, et ad attre Mat. 11. a.
ctandum ſuaui aſpectuiqꝫ delecta-
bili. Jmmo et caro noſtra non ſolū
in pelle propria, ſed ijs quibus indu
ta eſt gloriatur: quia ideo mollibus
veſtiti in domibus regum ſunt: vbi
gloria mundi viget. Nec aliud re-
ſpicit caro niſi ea que foris ſunt: am
bulans in mirabilibus ſuper ſe. At-
tende ergo q̄ male cohereant hero-
des et herodias mons glorie ꝛ glo-
rians in pellibus. Mons glorie al-
tior eſt in vertice montium, qui au-
tem gloriatur in pellibus ſola reſpi
ciens accidentia vel morticinia in fi-
mior eſt cūctis rebus. Sic ergo ſpi
ritus meus attenuatur dum carni
iungitur: dum herodiade copulatur
Spirit⁹ quidē etiā ad cōuerſanduꝫ
in celo promptus eſt: et caro nō pro Sap. 9. c.
deſt quicq̄ immo nocet quia corp⁹
quod corrumpitur aggrauat animā
et terrena inhabitatio deprimit ſen
ſum multa cogitantem. Sed for-

te dices. Quis demon hoc cõiugiũ
copulauit? Ad vnum iſti non ſunt.
Hic aduerte ꝙ herodias contra le-
gem iuncta eſt herodi, quam accipe
re poterat ille ſtante lege ſi vir eius
defunctus fuerat: quia tunc poterat
eam ducere ad fratris ſemen ſuſcitã
dum. Caro noſtra ſi diabolo ex toto
renunciet optime iungetur ſpiritui
noſtro, ad ſuſcitandum ſemen boni
operis: quo demon caret qui eſt fra
ter ſpũs noſtri, quia ⁊ ipſe ſpũs eſt
ad eandem imaginẽ conditus nobi
ſcũ. Caro ergo cuius nõ viuit frater
herodis vix habeat ſpm̃, cui ſubdat
ſicut vxor viro ſuo: quia ſcriptũ eſt.
Rom. 8. c. Si ſpiritu facta carnis mortificaue-
ritis viuetis. Hec autem herodias
cum non iuſtis nuptijs, ſed nepha-
rio coitu herodi eſt iuncta: ideſt cũ
non ad vite neceſſitatẽ: et ad carna-
lium rex moderatũ vſum, ſed ad lu
xum et laſciuiam ea vititur hominis
voluntas: tunc Johãni inſidiatur. i.
Rom. 7. veritati, diſciplineqꝫ repugnat: ⁊ gra-
tiam reſpuit cum dicat apoſtolꝰ. Ui
deo aliam legem in mẽbris meis re-
pugnantẽ legi mentis mee. Hec por
ro herodias hec noſtra indomita ca
ro filiam parit que eſt concupiſcen-
tia. a qua quiſqꝫ tẽptatur quia quili-
bet temptatur a concupiſcentia ſua.
Puella eſt concupiſcẽtia. Hec puella matris habet cõditiões
qꝛ qualis mater, talis filia rebellis
iniuſta adultera ⁊ huiuſmodi: qꝛ dꝛ ea
Ecli. 26. b ſcriptũ eſt. In filia non auertente ſe
firma cuſtodiã, ne inuenta occaſione
abutatur ſe. Ab oĩ irreuerẽtia oculo
rum eius caue, et ne mireris ſi te ne-
glexerit. Sicut viator ſitiens ad fon
tem os aperiet: et ab oĩ aqua proxi-
ma bibet, ⁊ contra omnẽ palum ſe-
debit: et contra omnẽ ſagittam ape
riet pharetram donec deficiat. In cõ
grue videt ↄtra ſagittã aperire pha
retrã: ↄcupiſcẽtia aperit oclos et os
⁊ vuluam vt dixit ſapiens, quia lo-
cum dat auaritie, gule, ⁊ luxurie, et
magis dꝛ aperire ꝙ̃ iuadere, qꝛ ſem
per dicit affer: affer, et in qualicunqꝫ
occaſione abutitur: dũ matri obtempe
rat a qua male edocta ẽ, qꝛ qđ naſcit
ex carne caro ẽ. Hec puella ſaltatrix
velox eſt, ⁊ ideo rephẽſibilis eſt ex ꝗ Mic. 3. a.
dꝛ ei ꝑ ꝓpheta. Uſqꝫquo delitijs diſ
ſolueris filia vaga? Et quẽ nr̃z mo
net ſapiẽs dum ait. Nõ des mulieri
ptãtẽ aĩe tue: ne ingrediatur in vtu- Ecli. 9. a.
tute tua ⁊ cõfundaris. Ne reſpicias
mulierẽ multiuolã, ne forte incidas
in laqueos illiꝰ, cũ ſaltatrice ne aſſi
duus ſis, nec audias illã, ne forte pe
reas in efficatia illius. Quãuis hec
monitio directa ſit in herodẽ amo-
uendum a matre et filia predicta, no
bis etiã obiecta eſt: ⁊ maxime illis
qui concupiſcentie multiuole habe-
nas dederunt, vt non ſit pratũ per
qđ ceſſet trãſire: cuncta vidẽs ad cõ
cupiſcendũ ea; vt ſic mechatus ſit cũ
omnibus deſiderabilibꝰ mundi ſal-
tim in corde ſuo. Nã puella hec par
uula paruulo continetur loco, ideo
etiã in ſinu ſaltat ⁊ in corde, ⁊ in au
ribus: ⁊ in oclis. iſtuc illuc vaga ꝑ-
currit: ſaltatrix velociſſima ⁊ ꝓceps.
¶ Per matris ⁊ filie ſuggeſtionem
herodes natalis ſui cõcinat cenam Cena herodis natalis eſt peccatum.
principibus ⁊ tribunis ⁊ primis ga-
lilee. Dũ mulierculis regit herodes
rex peſſimã cenã parat, qui ſi agere-
tur ſpũ poteſtatẽ habẽtis: ſpũ vide-
licet xp̃i totius trinitatis maieſtati
cenã poterat cõcinare: ⁊ ideo ↄque-
ſtus dicit dñs. Ue filij deſertores: vt Eſa. 30.
faceretis ↄſiliũ ⁊ nõ ex me, ⁊ ordire-
mini telã ⁊ non ꝑ ſpm̃ meũ: vt adde-
retis pctm̃ ſuꝑ pctm̃, qui ãbulatis vt
deſcẽdatis in egyptũ: ⁊ os meũ non
interrogaſtis. Cena dꝛ tela qꝛ varijs
cibis ⁊ rebus diuerſis intexta eſt, ſꝫ
dũ peccatum additur peccato peſſi-
ma cena eſt: i qua ſanguis ſanguinẽ
tetigit. Hec cena dꝛ natalis herodis
qui ex ſanguinibꝰ natus eſt, ⁊ ex vo
lũtate carnis. Ue tibi peccator quia
te deus ſpiritum fecit, ⁊ ipſe in car-
nem conuerſus es, ita vt de te di-
cat, qui ſpirauit in faciem tuam ſpi-
raculũ vite. Nõ permanebit ſpiritus Geñ. 6. a.
meus



meus in homine ineternũ quia caro
eſt. Spiritus ergo hominis pctõris
in pctis natꝰ eſt totus, et addit pec
catũ ſuꝑ pctũm. dũ celebrat natalis
ſui cenam. Intus eſt radix pctĩ: que
duz prodit in opus manifeſtũ, cenã
facit natalis ſui et mortis iohãnis:
quia pctm̃ cũ fuerit cõſummatũ ge-
Jac. 1. b. nerat mortem iohãnis mortificans
omnem gratiam. Huic cene que eſt
in conſummatione cuiuſlibet pecca
ti mortalis plures afferunt dapes
quia ſunt plura peccatorũ genera:
nec vnũ peccatũ ſine altero perfici-
tur. Nec enim herodes iſte vno fer
culo cõtentus eſt. Quia cena eſt per
petratio peccati ad extra: nam ad in
tra velut prãdiũ erat: ſed iam rea-
lis operatio iniquitatis in effectu
poſita cena eſt, non ſimplex ſed mul
Jac. 2. b. tigena. Ideo enĩ qui peccat in vno
fit omniũ reꝰ: qꝛ nullũ eſt perpetra-
tũ pctm̃, i quod plura nõ ſint cõglo
bata peccamina: vt patet in hoc he
rodis flagitio vbi primo fuit cõiu-
Pctã herodis. ratio: ſecũdo cõſiliũ ꝑ eſſimũ: tertio
cene natalitie iactãtia, quarto gula
nã ideo abſtinẽtẽ iohãnẽ iugulauit.
quinto adulterij cõplacẽtia ſexto il-
licita iuratio, ſeptimo peſſima iple-
tio iuramenti. vbi pctm̃ duplicat oc
tauo corrꝫ iſpectio ſqualida: no
no fictio triſtitie ypocritalis, decio
ſentẽtia cõtra inſontẽ peſſima: ⁊ cõ-
plura que elicere nõ ſufficio. Profũ
diꝰ tñ ſcrutãti facile eſſet i hoc hor
rendo facinore videre irrita decem
mandata dei, ſeptẽqꝫ pctã mortalia
cõmiſſa. Alioquin non dixiſſet xp̃s
ꝙ fecerunt in iohannẽ. quicquid vo
luerũt. Uolũtas enim malorꝫ ad oẽ
malũ eſt. Fercula etiã huiꝰ cene hoc
eſt ꝑpetratiõis pcti: pctõrũ circũſtã
tie ſũt, rẽ illicitã aggrauãtes: ſtultꝰ
quis quaſi ꝑ riſũ operet ſcelꝰ, deus
eñ iudex põderator malorũ eſt: ita
vt nec vnũ vbũ ocioſũ euadat ipu
nitũ, aut veniale pctm̃ ꝙ̃ ad mortale
diſponere ſolent. Dũ igit, o pecca-
tor cõſummatũ eſt pctm̃ tuũ cogno-
ſce, ꝙ cenã publice pas natalis tui
nam repueraſcere et renaſci vellens
pctõres: et abũdãtes in ſeculo, quia
iõ dicũtur filij huius ſeculi de futu-
ro ſeculo nõ curãres. Ue homini illi
cui meliꝰ fuerat ſi natꝰ nõ fuiſſet ⁊
adhuc natale ſuũ celebrat, amplius
deteſtandũ ꝙ̃ memorãdũ. O beatiſ-
ſime ieſu qui cenã feciſti nõ natalis
tui ſꝫ tuis digniſſimi: ſed mortis tue Job. 13. a
Sciens ieſus inquit euãgeliſta qꝛ
venit hora eius: vt tranſeat ex hoc
mundo ad patrẽ. Regnũ xp̃i nec per
conſequẽs xp̃iani ſunt de hoc mũdo
ideo cenam faciant nõ natalis ſed
mortis: qua tranſeant ex hoc mũdo
cũ xp̃o ad patrem. In natalis cena
retrocedis ad dies adoleſcẽtie, tue
non tranſis ad patrẽ: immo fugis
ab eo in regionem longinquã. Sed
ve talibus dñe ieſu qꝛ ecce qui elon Ps. 72.
gant ſe a te peribunt: perdidiſti oẽs
qui fornicãtur abſte. ¶ Sed videa Quibꝰ ſit cena.
mus quibꝰ pcti parat cena: Prin-
cipibus tribunis: et primis galilee
inquit euãgeliſta. Pricipes tenebra
rũ et vitiorũ demones ſunt: de qui-
bus dicit. Et principes cõuenerunt Ps. 2.
in vnum aduerſus dñm: ⁊ aduerſus
xp̃m eius. Et in alio pſalmo dꝛ. Do
minꝰ reprobat cõſilia principũ. Tri
buni aũt ſenſus corporis noſtri ſũt
qui ceteris membris imperantur: et
prepoſiti ſũt eis. primi autẽ galilee Ps. 32.
ſunt ceteri pctõres, qui in rota mun
di primatum tenent: amantes pri-
mos accubitꝰ i cenis: qꝛ pctis ↄgau
dẽt, applaudẽtqꝫ manibꝰ: qñ ſimi-
lia vel faciũt aut peragere cupiunt
qꝛ ꝓpterea dixꝙ ꝓtegũt vmbre vm-
brã: et ꝙ laudat pctõr in deſiderijs Job. 40. c
aĩe ſue ⁊ iniquꝰ bñdicit. Queãdmo-
dũ enĩ dũ bona operaris gaudiũ eſt
angelis: letitia iuſtis: et tibi honor, Ps. 9.
ſic dũ agis ꝓperã demones inuitas
malos letificas: teipm̃ cõdẽnas. In
perſona iuſtorꝫ dicit paulꝰ: Specta
culũ facti ſumꝰ mũdo angelis ⁊ ho 1. cor. 4. c
minibꝰ, et ſic praui pctõres iſtis ſũt
in dedecꝰ. ſ. angelis mũdo maioriet

ħominibus iuſtis: ſunt autem in ap
plauſum demonibus ⁊ ceteris iniq̃s
⁊ ſenſibus corporis ꝓprij veluti mũ
do minori. ¶ Parata ergo cena ma
ter q̃ eſt caro: filiã tranſmittit ad re
gẽ q̃ eſt ꝯcupiſcẽtia aut ſenſualitas.
Hec ad ſpm̃ emolliendũ ꝑgit, dum
ſub ratione aut apparẽtia delectabi
lis boni malum repreſentat: primo
tñ ſaltat in quodã tripudio .i. dele
ctatione ⁊ ſuggeſtiõe aut titillatiõe
et ſic regẽ ſpm̃ delectat eiuſqꝫ motũ
inclinat ac etiã oẽs ſenſus ⁊ ſic po
tentias ei ſubiectas. Spiritus ergo
per delectationem victus concupi
ſcenti ſenſualitati ſubuenire decer
nit, ad quam determinate inclinatur
vſqꝫ a deo quidẽ vt quecũqꝫ poſtula
uerit faciat, etiã ſi dimidiũ regni .i. di
midiã partem ſuarũ actionum: quia
licet ad ſpũale ratiõe aliqua ex par
te feratur ſpũs, carnaliũ laſciuia tra
ħente ad inferiora iam declinat. Sꝫ
nec iſta regni portione contenta eſt
ſenſualitas laſciuiẽs, quinimmo ma
tris conſilio .i. carnis a qua vigoreꝫ
alimentũqꝫ recipit. Huiꝰ ergo m̃ris
inſtinctu ſuggerente: caput Johan
nis amputari poſtulat. Poſtq̃ enim
ſpm̃ delectat ſenſualitas laſciuiens
inſatiabiliſqꝫ gratie diuine radicem
ſemẽqꝫ euacuari ſatagit, ne deinceps
ſpũs veritatẽ legẽqꝫ ad ſe corruptũ
reducat. Hoc aũt contriſtat regem,
quia ſpũi prima frõte flagitioſum ⁊
turpe videtur: victus tamẽ blãditijs
cõuiuarũ quos diximus et puelle: tã
dẽ indulget cupiditati caput Johã
nis flagitanti. Hunc timet ħerodes
hunc ħerodias, hunc filia eius: ⁊ cõ
uiuarũ caterua. Quis nõ timeat con
ſcientie ſtimulum, quo ſpiritus ipſe
Ps.51.d. contribulatur ⁊ ſacrificat deo: Quo
anxiatꝰ eſt in me ſpũs meꝰ, quo etiã
deficit ſpũs meus? Dux quippe eſt
Ps.142.a. ꝯtra ſtimulũ calcitrare. Johãnes er
Johannes go ſtimulus dei eſt, ⁊ vox eius q̃ in
eſt nr̃e con tus clamat, ac reuocat vnũquẽqꝫ a
ſcientie ſti via ſua mala. Quidã ꝑcurſor in cor
mulus. de noſtro eſt, qui lachrymis lauãda

dicit pctã: vetatqꝫ facere q̃ nõ licẽt.
Nec em̃ ſolũmodo ħerodi reſiſtit di
cẽs, ꝙ nõ liceret ſibi ħr̃e vxorẽ fr̃is
ſui: ſꝫ oĩbus neceſſaria dicebat, teſti
moniũ reddit malis malitie eorũ: et
bonis optimã preſtat ſpẽ. Vox iohã
nis vſqꝫ ad inferni nouiſſima ꝑdu
rabit dicens vnicuiqꝫ dãnato, ꝙ nõ
licuit ſibi pctm̃. Hic eſt vermis qui nõ Eſa.66.g.
corrũpetur. Sindereſis ergo vbi ſi
gnatũ eſt ſuꝑ nos lumen vultus dei
Johãnes officiũ tenet, q̃ erat lucer
na ardens ⁊ lucens. Ubi cũqꝫ enim Joh.6.d.
Johãnes erat, clamare latrareqꝫ nõ
ceſſabat cõtra iniquos etiam in car
cere. ⁊ i deſerto. vbi vox fruſtrata vi
def. Dũ peccas ꝑ ignorantiã ħabes
in carcere Johãnẽ, dũ aũt ꝑ impotẽ
tiã iã vixiſti eũ ibi: ſi aũt vt ħerodes
ꝑ maliciaꝫ peccas eũ decollaſti, no
lẽs eũ ãpliꝰ audire. Puella videt ꝑ
ignorantiã peccaſſe: ħerodias ꝑ im
potentiã, ħerodes ꝑ malitiam ſciẽs
Johãnẽ virũ iuſtũ ⁊ ſctm̃: Nec deui
at a morali ſignificatione: quã aſſi
gnaui ſupra. ¶ Quilibet malitia in Spicula
ueteratus ſpiculatorẽ ħꝫ ſecũ inter tor eſt ma
emptorẽ gr̃e dei, ac veritati odioſuꝫ la con ſue
ſtimuloqꝫ ꝯtrariũ. Hic eſt ꝯtẽptꝰ di tudo.
ex diutina ꝑſeuerantia, obſtinatiõe
qꝫ ꝑueniẽs: q2 pctõr cũ in ꝓfundum Prouer.18.a.
maloꝝ venerit ꝯtẽnit. Sed iſte velit
nolit poſtq̃ caput Johãnis .i. ſpem
gr̃e. ac venã venie amputauit: atqꝫ
a veritate aĩm, ⁊ auditũ auertit, caput
nichilominus abſciſſum, et mortuum
regi offert: q2 vt diximus per ſynde
reſim q̃ anime a natura inſerta eſt,
etiam obſtinato peccatori nõnunq̃
veritas repreſentatur: et culpe gra
uitas, atqꝫ magnitudo, quod ſenſe
rat ille qui dixit. Peccatum meum
cõtra me eſt ſemper. Uerum hoc Jo Ps.50.
hannis caput eſt exanime, quia in
itium gratie ex parte peccatoris ſen
ſu. virtuteqꝫ et efficatia caret. Cum
primum enim ad agnitionem culpe
ſpẽqꝫ venie reuocari peccator inci
pit, confeſtim vrgente ħerodiadis fi
lia: ideſt effrenata cupiditate, caput



iſtud (hoc eſt) initium conſequende
gratie abſciſſum illi condonatur: q2
hec peccati recordatio et amiſſe gra
tie, contracteqꝫ culpe cogitatio con
feſtim a mente recedit, et ad volu
ptates laſciuias ceteraſqꝫ cupidi
tates ſe tota cõuertit mens: ſicut de
Mat.13.a. ſemine ſupra petram vel ſecus viã,
aut inter ſpinas ſparſo ſaluator in
parabola declarauit. Et poſtremo
caput ipſum ħerodiadi illudendum
a filia traditur, tum ſcilicet cum mũ
danis rebus dedita prorſus caro ſpi
ritum in eandem pernitiem traħit:
ita vt non ſolum veritatem gratiã
qꝫ irrideat ⁊ contẽnat, verum etiam
inſectetur: et oppugnet: qui eſt mali
tie ⁊ ſceleris gradꝰ extremꝰ, in quo
erant illi de quibus ait apoſtolus.
2.ti.2.⁊.3.c. Cum modeſtia corripiẽtes eos: qui
reſiſtunt veritati, ne quando deus
det illis penitentiam ad agnoſcen
dam veritatem: et reſipiſcant a dia
boli laqueis: a quo captiui tenẽtur
ad ipſius voluntatem. Et rurſum.
Ex his ſunt qui penetrant domos:
⁊ captiuas ducũt mulieres oneratas
peccatis, qui ducunt varijs deſide
rijs ſemper diſcẽtes ⁊ nunq̃ ad ſciẽ
tiã veritatis peruenientes, quemad
modum autẽ iannes et mambre reſi
ſterunt moyſi: ita et ħi reſiſtunt veri
tati ħoĩes corrupti mẽte, reprobi cir
Herodes ⁊ ca fidem. ſed vltra non proficient.
Dauid eſt Hec ille. Si vos igitur fratres mei
peccator. peccaſtis non ħerodis abſtinationẽ
ſed dauid penitẽtiam ſectemini. Nõ
enim eandem iacturam fecit dauid
cum Berſabee aſpectu delectatus
in adulterium quoqꝫ lapſus eſt, ⁊ vt
illud tegeret Uriam occidere cura
uit: ſed confeſtim ad prophete ver
bum penitens: et nepharij ſceleris
veniam obtinuit, ⁊ gratiam recupe
rauit. Dauid quippe ħumilis ſupra
oĩs veteris teſtamẽti ſanctos fuit,
⁊ manu fortis interpretatur. Hic et
ſi hoc loco peccatorem nobis expri
mat, non vſqꝫ quaqꝫ tamẽ effemina
tũm: et diſſolutum vel obſtinatum:

ſed aliquãtulum timoratum et fide
conſtantem. Hic itaqꝫ Berſabee in
tuitu capitur: ideſt delectatione car
nalis concupiſcentie vincitur, ita vt
illi per adulterium conmiſceatur .i.
peccatum actuale cõmittat. Hoc em̃
Berſabee nomine ſignificatur: qua
puteus ſeptimus interpretatur, Se
ptimus vero numerus vti bonũ ita
et malum conſummatum nobis ex
primit. Scelere autem conſummato
ſuccedit homicidiũ, ideſt diuini lumi
nis ſubtractio: Urias namqꝫ lumem
vel lux mea interpretatur. Lumen
itaqꝫ intellectus et lumen gratie oc
cidit: qui concupiſcentia victus mor
talem culpam cõmittit. Et ob id pri
uatum ſe hoc lumine querebat poſt
peccatum dauid propheta dicens.
Lumen oculorum meorũ non eſt me Ps.37.
cũ: Uerũtamen ſi confeſtim natham
ideſt diuina inſpiratio lapſũ in pec
cati foueã peccatorem corripiat, nec
mortificate per peccatum gratie ca
put. ideſt radix amputetur: neqꝫ illu
dendum laſciue puelle eiuſqꝫ matri
(eo quo proxime diximus) modo tra
datur, ilico lumen cognitionis gra
tieqꝫ recuperat, et nõnunq̃ ex peni
tentie contritioniſqꝫ magnitudine
adaugetur, ſicut ⁊ idẽ ipſe dauid poſt
penitentiã de diuina miã ꝯfiſus di
cebat. Aſpges me dñe yſopo ⁊ mun Ps.50.
dabor. ſ. ꝑ gr̃aꝫ iuſtificãtẽ: ⁊ ſuꝑ niuẽ
dealbabor ꝑ gr̃aꝫ illuminãtẽ. Ac de
inde petit. Cor mũdũ crea in me deꝰ
⁊ ſpm̃ ſctm̃ tuũ ne auferas a me: red
de michi letitiam ſalutaris tui ⁊ ſpũ Caput eſt
principali ꝯfirma me. Ut facilius ſ ratio nr̃a
a pctõ ꝯſurgere valeamꝰ: ⁊ iohãnes
ipſe .i. gr̃a dei ſit i nobis, nec deſit no
bis caput rõnis nr̃e: aut ſimus ſicut Ps.31.
equꝰ ⁊ mulꝰ q̃bꝰ nõ eſt itellectꝰ, hu
ius feſti neceſſaria nobis deuotio ẽ
q̃m̃ iohãni collata eſt gr̃a ꝓtegẽdi
capita ſuoꝝ deuotoꝝ ex q̃ ei dicere
opꝫ. Cuſtodẽ capitis mei ponam te. 1.reg.28.a.
Hoc dixit achis ad dauid ⁊ ꝯſenta
neũ eſt iohãni: cuiꝰ caput regna re
gis pipini agente ꝑuandala inuaſa

cuſtodiuit, vt narrat beatus cypria nus: et ita illeſa vt nullus de exercitu regis Pipini defuerit quin ex capitis iohannis tactu ſuſcitaretur. Quis de inimicis viginti millia occumberet. O igitur beate Johãnes qui non trunc⁹ ſed integer es in celo, memor eſto noſtri qui ſumus in carcere: et iam gladius ad collũ poſit⁹ eſt, niſi tu adiuues nos: hic per gratiam et in futuro per gloriã quã michi ꝛ vobis preſtare dignetur ꝛc.

¶ De natiuitate beate marie. Sermo. 37: vbi maria comparatur virge pulcherrime.

¶ Ecce rebecca egrediebatur puella decora nimis virgo. Geñ. 24. b.

¶ Inuocatio ad virginem.

Cãti. 8. d.
Dicitur in cãticis de maria recenter nata. ſoror noſtra paruula eſt: et vbera non habet, quid faciem⁹ ſorori noſtre?
Laudabilis eſt infãtia marie.
Hanc eandem ſententiã: ꝛ ego dicere poſſum impreſentiarũ. Quid enĩ vultis: vt predicẽ vobis de infantula recenter edita? Ubera quidem nõ hꝫ feſtiuitas .i. vbertatem predicãdi: vt notat gloſa. Nam et ſi ipſa eadẽ puella interrogaretur: vt de ſe loqueretur, quid aliud diceret niſi. A a a dñe de⁹: q̄ꝛ infans ego ſũ? Quẽ ergo ego faciam ſermonẽ ſorori noſtre tam paruule. Scio tamen quid faciã, memorem̃ ſuꝫ ꝙ ſuſcitauit de⁹
Dañ. 13. e.
ſpiritum pueri iunioris: vt pro tacẽte filia iſrael ipſe loqueretur. Non enĩ deeſt pueris aut puellis materia laudis: q̄ꝛ de quodã paruulo dñs di
Mat. 18. a
xit. Niſi conuerſi fueritis, ꝛ efficiamini ſicut paruulus iſte: nõ intrabitis in regnũ celoꝝ. Eſt igitur in noſtra infantula vt arbitror tante laudis abundantior copia, ꝙ ꝛ lingue infantium de ea loqui valuiſſent: ſi per ſpũs ſancti gratiam diſerte redderentur, quã vt aſſequi mereamur puelle noſtre offeramus Aue maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Ecce rebecca ꝛc. noĩe ꝛ re puella hec. btãꝫ mariã ſignat. Dum enĩ ſeruus ſenior abrahe ad querẽdũ vxorẽ filio dñi ſui pergeret ꝛ opido appropinquaret quo ibat, ecce puelle ciuitatis egrediebantur cateruatim ad hauriendã aquã. Namq̄ꝫ tunc tẽporis non erant vt puelle noſtre tẽ- Ps. 143.
peſtatis, de quibus per improperiũ In noſtre
dr̃. Filie eoꝝ ꝯpoſite circũornate vt tẽpeſtatis
ſimilitudo templi. Uti enĩ imagines puellas.
depinguntur: que in altaribus poni ſolent, ꝓpter quod vult deus: vt minus valeant puelle moderne ꝙ antique, q̄ꝛ deteriores ſunt: ꝛ in qualibet feria minus valent. Antiquitus enĩ precio magno emebat maritus vxorẽ, nũc autem oneratã pecunijs ſpreuit quiſpiã ꝛ merito: q̄ꝛ eã ſuſpicatur oneratam malis moribus, q̄m nil aliud ſcit niſi depingere ſe: ꝛ ocioſa collocari vbi citius videri valeat ꝛ concupiſci, anteq̄ꝫ vnus eam ducat fortiſſimi quiq̄ꝫ ĩterfecti ſunt ab ea. Non ſic noſtra rebecca q̄ ancille formã ſuſcipiẽs ſeruire magis parata erat ꝙ ſeruiri. Uñ cũ ſeru⁹ pro ſponſa miſſus oraret iuxta fontem, vt meritis dñi ſui proſperuꝫ faceret deus iter ſuũ, hoc adiecit, vt eã citiſſime haberet obuiã, et eã inter ceteras cognoſceret. Dñe de⁹ puella cui dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: et illa reſpondit. Bibe, quin et camelis tuis dabo potum: ipſa eſt ꝙ preparaſti ſeruo tuo Iſaac, et per hoc ĩtelligã ꝙ feceris miſericordiã cum dño meo. Nec dum intra ſe verba compleuerat, ꝛ ecce rebecca egrediebatur puella decora nimis: virgoq̄ꝫ pulcherrima ꝛ incognita viro deſcenderat aũt ad fontem, ꝛ impleuerat hydriam ac reuertebatur, occurritq̄ꝫ ei ſeruus ꝛ ait. Paxillum



aque michi ad ſorbẽdũ prebe de hydria tua. Que rñdit. Bibe dñe mi, celeriterq̄ꝫ diſpoſuit hydryam ſup vlnã ſuã: et dedit ei potũ. Cũq̄ꝫ ille bibiſſet adiecit. Qui ꝛ camelis tuis hauriã aquam: donec cuncti bibant effundenſq̄ꝫ hydriam in canalibus recurrit ad puteũ, vt hauriret aquã: et hauſtã oĩbus camelis dedit. Ec-
Maria liberalis et officioſa.
ce qualiter munificentia liberalis ꝛ prõpta ſeruitus optima fuere ſigna in bona puella: mariã re ꝛ nomine figurante. Naꝫ rebecca interpretatur multum accepit. Maria etiã tot accepit incrementa gratiarum, vt non egeat extra pergere ad fontem vel puteum pro aquis gratie. Ipſa equidem fons eſt et puteus: fons ob exhibitionem promptiſſimam ac munificam largitionem hominib⁹ ꝛ camellis: iuſtis et peccatorib⁹, pute⁹ ꝓpter profundam eius humilitatẽ oĩꝫ gratiarum capaciſſimã. Rebecca deſcenderat vt ſupra dictum reperies ad fontẽ ꝛ puteum: ad mariã autem puellam noſtram fons dei ſicut tor-
Cãti. 4. d.
rẽs in auſtro deſcẽdit: q̄m de ea ſcriptũ eſt. Fons hortoꝝ: puteus aquaꝝ viuentiũ que fluũt impetu de libano. De mõte libano ꝺ mõte dei grã eterni patris hodie deſcendit viſitantis primogenitam ſuam omni creature prelatam et gratia filij agnoſcentis futuram matrẽ ſuam: et gratia ſpũſſancti ſubarrantis ſponſam ex nũc ſibi gratiſſimã. Unde btã trinitas perſonat thema dicens. Ecce virgo egreditur puella decora nimis.
Diuiſio.
¶ In prima parte videbimus de natiuo eius egreſſu. In ſcđa aũt de nimia eius pulchritudine.
Prima ps
Multiplex ortus.
¶ Multiplicem legimus in ſcriptura egreſſum marie ortus figuratiuũ. De illa quippe ĩtelligitur illud. No-
Heſt. 8. d.
ua lux oriri viſa eſt. Et illud. Orietur ſtella ex iacob. Et illud. Fluuius egrediebať de loco voluptatis. Et illud. Ort⁹ eſt ſol et cõgregati ſunt. Et illud. Dimiſit columbam ex arca
Geñ. 8. b.
et illa venit ad eum ad veſperã portans ramum oliue virentibus folijs in ore ſuo, ex quo intellexit Noe ꝙ ceſſaſſent aque ſuper terram. Et illud. Protulit terra herbam virentem: et facientem ſemen iuxta genus ſuum. Et illud. Fons aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperfitiẽ terre. Sed nolo vos in iſtis detine- Eſa. 11. a.
re, niſi in illo Eſaie. Et egredieť virga de radice ieſſe: et flos de radice Maria eſt
eius aſcendet. quaſi dicat. Regali virga.
ex progenie Maria exorta: vt virga flore coronata refulget. Florens naſcitur virga virgo: que alibi dicitur virga vigilans. Nos autem vt virga mortua naſcimur ꝛ ſicca, q̄ꝛ ideo Paulus ſe dicit abortiuum: et cunctos naſci filios ire. immo quilibet in peccatis natus eſt tot⁹, maria vero viuifica naſcitur: alioquin florem non haberet. De hac ergo virga viuida. ſic ait Richardus. Recte dicitur virga beata virgo maria: virga recta, virga erecta, et in celum vſq̄ꝫ porrecta. virga gracilis: virga flexibilis, virga florida, virga fructifera, recta per fidem, erecta per ſpẽ procera per longanimitatem, per humilitatem gracilis, per compaſſionem flexibilis, per virginalem conceptionem florigera, per partuꝫ ſalutis fructifera. Hec ille. Quãuis doctor iſte punctualiter expoſuerit: ac generaliter virge conditiones huius: que viſe ſunt ei, ego eaſdem Huius vir
aliter percurram marie natali appli ge cõditio-
cans. Primo eſt virga recta: nos eq̄ nes.
dem tortuoſe naſcimur: quãuis enĩ deus hominem rectum fecerit: ipſe ſe incuruauit. Rectum vt ait Philoſophus eſt iudex ſui ꝛ obliqui. Per Rectitudo
marie rectitudinem tortuoſitas noſtrã pateſcit, ideo puella hec recta egreditur ad regendum nos. Unde Ps. 44.
de hac diciť in pſalmo. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi virga directionis virga regni tui. Ex quo maria concepta eſt, fuit ſedes dei, alioqui nõ eſſet ſic recta vt rectiſſima dici poſſet. Uia rectiſſima pariter eſt

oꝛmnium bꝛeuiſſima: ideo puella no-
ſtra citius deum inuenit, que virga
directionis dicitur: quoniam ſe citiſ
ſime direxit in deum: fauumqꝫ mel-
liflue dulcedinis eiꝰ ipſa attigit ad-
huc ex vtero matris ſue. Et eſt virga
regni tui deus: qua recturus es gen
tes peccatrices in mūdo vt vidētes
huius rectitudinem virge confun-
dantur a defectibus ſuis. Rectitu-
do enim marie toꝛtuoſitatem noſtrā
dānat. Sꝫ vnū eſt de quo mirari q̄s
poterit. Cum enim rectum dicatur
illud cuius medium non diſcrepat
ab extremis, et puella hec ridēs na
ta ſit: ſic etiam obierit ridendo, cur
mediuꝫ vite ſue tot fletibus adiple
uit? ꝙ ridēs nata ſit patet per illud
Heſt. 8. d. Noua lex oꝛta viſa eſt gaudium ho
noꝛ et tripudium. Baptiſta in vte-
ro exultat: maria autē gaudiū etiā
et tripudium dicitur recenter nata.
Que etiam gauiſa dum obiret aie-
bat. Ego autem in domino gaude-
bo et exultabo in deo ieſu meo. Dū
Abac. 3. d. autem vixit multum fleuit: ita vt eiꝰ
quidē fletꝰ et mulierꝫ aſſociantium
eam xp̄m anxiuꝫ redderet, qui ad eā
⁊ alias conuerſus dixit. Filie hieru
ſalem nolite flere ſuper me. huic ob
iectioni rectitudinem virge noſtre
floꝛide turbāti poterit reſponderi,
ꝙ etiam maria dū vixit pluries di-
xit. Magnificat anima mea domi-
num et exaltauit ſpiritus meus in
Luc. 1. e. deo ſalutari meo ieſu, quē dum af-
flictum vidit fleuit. Unde ex eadem
rectitudine prodijt riſus et fletus.
poteſt etiam dici: ꝙ virga noſtra na
zarea et per cōſequēs floꝛida. Si re
cta eſt tamen flexibilis eſt per com-
paſſionem vt videbimus.
Altitudo virge. ¶ Dicitur ſecundo erecta. Noſqꝫ
pe naſcimur deoꝛſum inuerſi, dum
ambulamus erecti ſumus: ſed egre
dimur a vulua capite inuerſo, ma-
ria autem non ſic ſed pedibus pri-
mo emiſſis ſemper caput habuit ere
Job. 5. b. ctum vnde Job dicit. Homo naſci-
tur ad laboꝛem: et auis ad volāduꝫ

Homo carnalis mundanoꝛum deſi
derio occupatus laboꝛem habet:
ad quem naſci dicitur, quia cupidi-
tatem ſecum affert que eſt omnium
maloꝛum radix. Tamen auis colum
ba maria naſcitur ad volandum ab
hoꝛum afflictione libera, quia fru-
ſtra rethe occupationum terrena-
rum ante eam iacitur que ab eis a-
uolat. Hanc non affligit rerum cu-
ra: nō vexat turpis amoꝛ, non fati-
gat ſeculare negotium: magna vo-
lat agilitate dum iſta terrena non
querit, non curat: non concupiſcit in
fans noſtra, de qua taꝫ paruula vo
lante angeli mirati dicunt. Que eſt
iſta que aſcendit per deſertum ſicut
virgula fumi ex aromatibus. Deſer
tum eſt terrenoꝛum deſertio aut de-
relictio ſiue abnegatio, quam ex vte
ro virgula noſtra ſecum duxit: dum
ex tunc eam ſibi deus vendicat in
vſus diuinos conſecratam. Ex aro-
matum fumo eſt virgula noſtra que
intus ſe per charitatem concremat.
Et eſt ex aromatibus mirre: quia nō
eſt luxurie filia ſed caſtitatis. Nun
q̄ enim parentes eius coiſſe dixit
beate brigide maria, niſi amoꝛe pro
lis non libidine ducti. Et eſt virgu-
la thuris quoniam oꝛationibus op-
tāta eſt, et vniuerſi pulueris pigmē
tarij: id eſt Joachim omnibus virtu
tibus pleni. Ex his ergo virga flo-
rida egreſſa, quid mirum ſi alta pe-
tat? ¶ Dicitur tertio virga hec in Poꝛrectio virge.
celum vſqꝫ poꝛrecta: naſcitur quippe
etiam celo deum et angelos letifi-
cans. Sepe enim angeli dicebant.
Queramus domino noſtro regi ado
leſcentulam virginem. Et dum eam 3. re. 1. a.
naſci conſpiciunt dicunt. Tu glo-
ria hieruſalēꝫ: tu letitia iſrael, tu ho Jud. 15. f.
noꝛificentia populi noſtri: et ideo
eris benedicta in eternum. Quia in
celum vſqꝫ poꝛrecta fuit maria figu
ratur in nubecula parua que aſcen- 3. reg. 18. g
debat de mari huius mundi quaſi
veſtigium hominis ideſt chꝛiſti, naꝫ
ex quo nata eſt apta viſa eſt vt eſſet



Gracilis virga fuit. ei mater. ¶ Fuit quarto gracilis te-
nuitate promptitudinis: vt eam qui
buſlibet aptam videas. Omnibus
enim vltro et faciliter ſe pꝛebet: vt
quilibet valeat eam appꝛehendere
et tenere, nec dedignatur peccato-
res vt Simon phariſeus: ſed quilibet
Ps. 22. eoꝛum dicit deo. Uirga tua et bacu
lus tuus ipſa me conſolata ſunt. Ec
ce qualiter iam vocatur baculus cō
ſolationis, quia conſolatur nos in
omni tribulatione noſtra: q̄uis re-
Flexibilis eſt. cens puella nunc gracilis ſit. ¶ Eſt
quinto flexibilis ad omnem partem
nam modo flectitur ad iuſtos impe
trando eis gratiam: modo ad pec-
catoꝛes impetrando eis veniam, mo
do ad moꝛientes per iuuamen: mo-
do ad moꝛtuos, eoꝛum animas de-
ducendo ad gloꝛiam, et ideo figura
Heſt. 5. a tur in virga aurea regis aſſueri: in
qua ſignum clementie monſtraba-
tur, quam ad nos vſqꝫ protēdit nūc
rex omnipotens: vt ſpem daret in-
trandi palatium gloꝛie. Ex hac vir
gula columna fiet q̄ ſubſtinere poſ-
ſit eccleſiam de qua ſcriptum eſt.
Ecc. 36. d. Non eſt vir illius ſecundum filios
hominum, qui poſſidet mulierēꝫ bo
nam: inchoat poſſeſſionem adiuto-
rium ſecundum illum eſt: et colum-
na vt requies, vbi non eſt ſepes di-
ripietur poſſeſſio: et vbi non eſt mu
lier: ingemiſcet eger, cui credit qui
non habet nidum: Chꝛiſtus qui eſt
ſecundum coꝛ dei nunc inchoat poſ
ſeſſionē huiꝰ mulieris bone, q̄ in to
ta vita ſua adiuuabit eum. Ait eniꝫ
ipſa cum eo eram cuncta componēs
Prou. 8. c. ⁊ delectabar per ſingulos dies. Nec
ſolum in vita chꝛiſti, ſed eo moꝛiēte
ſuffulſit templum eccleſie maria vt
firma columna: que dicitur requies
quoniam ob eam requieuit chꝛiſtus
ab opere redemptionis, ſciēs ſe ha
bere in ea ſecuram vicariam, nam ſi
milem ſibi reliquit eam poſt ſe. Illa
fuit etiam ſepes eccleſie maxime ab
ſente chꝛiſto ne diriperetur ex toto
poſſeſſio eius, quam in mundo ac-

quiſierat. Unde propterea ſubditur
ꝙ egens. i. quilibet chꝛiſti deuotus
apoſtolus aut fidelis moꝛiente chꝛi
ſto gemebat: donec ad pedes marie
deuenit: que dicitur nidus chꝛiſti et
ſuoꝛum cui ſe credebant, quia confi
dit in ea coꝛ viri ſui. Super virgul-
tum ſolet nidus fabꝛicari: et ſic ſu-
per virgam virgineam eſt nidus to-
tius creature et etiam creatoꝛis, naꝫ
ideo figuratur in arca noe: quia ex
hac virgo dum creuerit arca fiet, vt
ſaluetur vniuerſum ſemen in ea.
¶ Eſt ſexto virga floꝛigera, attulit Floꝛet virga
quippe floꝛem non naturaliter ſed
mirifice: nam flos eius non erat hu
manus ſed diuinus, non terrenꝰ ſed
celeſtis: quia qui de celo venit ſuper
omnes eſt. Ideo ſignatur maria per
virgam aaron que mire floꝛet amig
dala ferens, ſic maria beatiſſima di
uinaliter filium generauit: qui ſecun
dum Auguſtinum aſſimilatur ſalu- Nu. 17. a.
bꝛi amigdalo, vbi dum pendet in ar
boꝛe ſunt tria. ſcilicet exterioꝛ pel-
lis fragilis: in medio teſta dura, in-
tus vero nucleus dulcis, Sic in chꝛi
ſto marie filio tres ſubſtantie ſunt.
ſcilicet caro exterioꝛ que habuit in-
firmitatēꝫ, et interioꝛ deitas que om
nem dulcedinem tenuit: et aīa me-
dia que contra omnes paſſiones ha
buit foꝛtitudinem. Sicut nunq̄ per
impatientiaꝫ vinceretur ab iniquis
immo ſemper victrix extitit, et car-
nem ſuam fragilem liberauit, et ad
integram foꝛtitudinē reduxit. maxie
in reſurrectiōe qn̄ amigdalus reflo-
ruit, et chꝛiſtus dixit. Refloꝛuit ca-
ro mea, et ex voluntate mea confite-
boꝛ ei, Tunc etiam caro marie per
letitiam quoqꝫ refloꝛuit, quia par-
ticeps fuit in tribulatione et regno
particeps in paſſione ⁊ reſurrectiōe Uirga fru-
nam ſenciebat in ſe q̄d ⁊ in xp̄o ieſu. ctifera eſt.
¶ Ultimo eſt fructifera virga virgi
nea que multum fructum affert: naꝫ
ideo de ipſa dicitur. Uirgam virtu
tis ſue emittet dñs ex ſyō dn̄are i me Ps. 109.
dio inimicoꝝ ſuoꝝ. Oli q̄dē diabolus

dominabatur in mũdo, in cordibus
nãqꝫ auaroꝝ dominabatur per cu-
piditatẽ diuitiarũ: in cordibꝰ aũt ſu
perboꝝ per ambitionẽ variam, ſed
in delitioſorum cordibus per carna
lem concupiſcentiam: propter quod
deus hãc nobis nunc virgam creat
et naſci facit, in qua tria poſuit ſti-
mulum: hamuꝫ et viſcum. Stimulo
vrgentur boues et pũguntur, hamo
capiũtur piſces: viſco viciũtur aues
Dyabolus equidem bos erat: inq̄-
tum exercuit agriculturã, id eſt inq̄
tum ad auaritiam terrenam homi-
nes inducebat: et contra hunc deus
huic virge ſtimulũ appoſuit: quan-
do matrẽ pauperem elegit. Chriſti
paupertas quidam ſtimulꝰ eſt, quã
prius maria poſſedit, qua diabolus
eijcitur q̄ ſcriptum eſt. Stimulo .ſ.
Eccl. 38. paupertatis euangelice boues agi-
tat idest auaros: quos demon vnit
ſub iugo auaritie. fuit etiã demõ pi
ſcis in aquis delitiarũ preualens cõ
tra laſciuos dominans eis, contra
quem deus etiã iſti virge hamũ ap-
poſuit quando deitatẽ ſuã ſub eſca
virginee carnis velauit, vt demonẽ
Job. 40. caperet de quo dicitur. An extrahe-
re poteris hamo leuiatham? Et ſu-
pra. In oculis eius quaſi hamo ca-
pies eũ. Leuiathã interpretatur co-
pulatio ſiue ſocietas ſua. Queãd-
modũ enim deus cõiungit non ſepa
randos: ſic econtrario demon adul-
teros vnit quos marie caſtitas ſe-
parat. Eſt etiã demon auis p ambi
tionem volãs prouocãs filios ſup-
bie ad volandũ in mirabilibus ſup
ſe. Sed contra hunc virge noſtre la
queũ aut viſcũ appoſuit deꝰ qñ ei ſũ
mam humilitateꝫ cõtulit: qua demo
Job. 40. nis caput contriuit. Unde Marie
dicamus illud iob. Nonquid illu-
des ei quaſi aui? Immo et peius, q̄
deiecit eu manꝰ feminea. ¶ Ecce
ergo qualiter virga noſtra multum
attulit fructũ. Sed quia dicit̃ egreſ-
ſa de radice ieſſe qđ munus vel ob-
latio interpretat̃ forte innuit̃ ꝙ pa-
rentuꝫ oblationibꝰ deo datis: ⁊ mu
neribus collatis pauperibus opten
ta ſit, vnde virga noſtra talibꝰ aq̄s
irrigata multum creuit. Eſt etiam
altius aduertendũ ꝙ ieſſe dicitur et
ipſe xp̄s iuxta id: radix ieſſe qui ſtat Eſa. 11. d.
in ſignũ populorum. Ex xp̄o puella
noſtra eg editur, vnde merito dici
poteſt egreſſꝰ eiꝰ ſicut a pricipio .ſ.
mundi: nam ibi ſpũale marie nata-
le figuratur: et ortus in eua dum ex
latere ade mirabiliter educitur. Ibi
dicitur ꝙ immiſit dñs ſoporẽ in Adã Gen. 2. d.
⁊c. vſqꝫ erunt duo in carne vna. Dũ
xp̄s secũdus Adã ſomno mortis dor
miuit ſoporatus in cruce de eo re- natale ſpi-
nata eſt maria: nec ſine xp̄i dolore rituale ma-
nam vulnꝰ lateris ſenſit xp̄s in hor rie.
to ſanguinẽ ſudans ⁊ aquã, ibiqꝫ il-
lud acceptauit: et maria ex coſta d̄r
⁊ os xp̄i ob eius fortitudinem, nam
ibi mulier fortis fuit ⁊ os xp̄i đ quo
d̄r. Os non cõminuetis ex eo, Q̄ ma Joh. 19. d.
trem fortem non vicerunt. Chriſtus
carne impletur pro maria qñ de ea
carnem infirmã ſuſcepit, ⁊ illa ex eo
fortitudinem, non tñ tantã quin ca
deret videns latus filij aperiri. Ait
eñ per pphetã. Corrui cum viderem Eze.
Nam ⁊ tunc cor matris transfixum
eſt. Si eñ videretur, meliꝰ ibi repe-
riret̃ ictus lancee: q̄ in corde ignatij
nomen Jeſu. Sꝫ ſtatim maria redijt
ad ſe dũ ſup eam cecidit ſanguis et
aqua que ex latere fluxit ſaluatoris
quibus dupliciter baptizatur puel-
la grandeuior. et nomen matris no-
ue imponitur ei. Ubi aduerte ꝙ pro
pter mariam reliquit xp̄s patrem, au
xilium videlicet paternum, ⁊ matreꝫ
ſynagogam: et adheſit marie mulie
riſue immo et vxori, nã ideo dixit. ec Joh. 19. a.
ce filius tuus. Ibi enim xp̄o fuit ad
iutorium ſpũalis et noue regenera-
tionis noſtre que primo regenerata
eſt. Nec immerito dicit ipſa. A gene-
rationibus meis adimplemini. Ibi
dei generatio incohatur non ex vo-
luntate carnis aut viri, ſed ex xp̄o ⁊
maria matre gratie, qui ſunt duo in
carne



carne vna quia caro eſt eadem filij ⁊
matris. Gaudeamus ergo in natali
matris noſtre que ad nouam naſci-
tur generationem multoruꝫ filiorũ.
¶ Nunc autẽ de pulchritudine eiꝰ
Secunda pars. aliquid videamus que q̄uis ex par
te viſa ſit: naꝫ pulchra eſt virga flo
rida, ſed marie pulchritudo talis eſt
ideoqꝫ tota pulchra es amica mea
et domina mea. Dum puella naſci-
tur ſtatim de eius queritur pulchri-
tudine, vt ſi nimis pulchra ſit nupta
iam dici valeat dotem ſecum affe-
rens .ſ. pulchritudinem: qua ita pre
uenta eſt noſtra infans: vt ſubarra-
ta naſcatur a ſpũſancto, qui amator
ſit forme illius, quia ideo omnium
dominus dilexit eam: vt tota pul-
Ps. 44. chra generet filium ſpecioſum for-
ma pre filijs hominum de quo dici
poteſt. Pulcherrima feminarum eli
gitur ei .ſ. in matrem: quod in figu-
ra preceſſit: dum rex aſſuerus ex om
ſeptuplex nibus prouintijs ſuis puellas ag-
marie de gregauit omnes: ex quibus vnã tã-
cor. tum elegit ſociam regni et conſortẽ
Heſt. 2. d. Iperij. Et in abiſac puella decora ni
mis exquiſita in omnibus finibus
iſrael. Sed qñ marie decor vniuer-
ſalis eſt, ideo in omnibus ſpecioſis
figuratur. Ubi aduerte ꝙ queãdmo
dum ſeptem fuerunt deiſere virge
conditiones. ſic ſepteꝫ ſpecies ſunt
in rebꝰ potiores vbi marie pulchri
tudo ſignatur. Prima ſpecies oli-
Ecc. 24. b ue de qua dicitur. Sicut oliua ſpe-
cioſa icãpis, vbi notat̃ miſericordia
marie copioſa, que nõ in hortis aut
angulis reperitur ſed in campis: vt
omnibus oleum eius impartiatur.
Secunda eſt colũbe ſpecies de qua
dicitur. Uidi ſpecioſam ſicut colum
bam. que ſpecies ſtat in colorũ va-
rietate circa collum, vbi innuitur q̄
ardua meditabatur guttur marie.
Tertia eſt ſpecies libani de qua di-
Cant. 5. d. citur. Species eius vt libani. Que
ſtat in continua virgultorum fecun
ditate: ⁊ maria ſemper viridis in bo
norum operum perſeuerantia fuit.
Quarta ſpecies celi eſt de qua dici
tur. Species celi cum viſione glo-
rie. que o maria ſignat tue contem- Eccl. 43. a
plationi ſublimitatem. Quinta ſpe-
cies ignis de qua refertur. Operie- Exo. 24. d
bat tabernaculũ quaſi ſpecies ignis
in nocte, que ſtat in ardore et ſplen
dore: in te autem et charitas intus
ardens fuit, et extra operatio ſplen-
dens per exemplum. Sexta eſt ſpe- Ecc. 43. b
cies arcus de qua narratur. Uide ar
cum et benedic eum qui fecit illum,
valde enim ſpecioſus eſt. in hoc ſi-
gnatur marie apud deuꝫ interceſſio
pro nobis, que eſt ſignum federis in
ter deum et hominem quo recorda
ri dicitur deus non percutere terrã
Septima ſpecies ſolis eſt de qua Sap. 7. d
ſcribitur. Eſt enim ſpecioſior ſole,
et ſuper omnem diſpoſitionem ſtel-
larum luci cõparata inuenitur prior
Que omnia ad ſolẽ referuntur lumi
num patrem, maria autem ante ſolẽ
eſt et eo pulchrior: ex eo ꝙ gratiarũ
radios vndiqꝫ diffundit, ita vt non
ſit qui ſe abſcondat a calore eius.
Ecce igitur rebecca egreditur puel-
la decora nimis virgo. Que ita de-
cora fuit: vt ricardus dicat. Nec mi
rum ſi pulchra fuerit: que ſplendo-
rem lucis in ſe ſuſcepit, non quoqꝫ
dubitandũ amoris ignem: et interio
rem candorem exterius etiam in ea
lucere, vt que puritatem angelicam
habuit: vultum etiam angelicuꝫ ha
buerit. Decora ergo nimis ẽ maria
ineffabiliter: nec miruꝫ cum ei deus
naturalem et gratuitam pulchritu- 3. eſ. 4. c.
dinem ampliauerit. Quoniam ſer-
uus quidam regis darij dixit. Si cõ
gregauerint homines aurum et ar-
gentum: et omnem rem ſpecioſam, ⁊
viderint mulierem vnam bono ha
bitu et bona ſpecie: omnia hec relin-
quentes in eam intendunt, et aper-
to ore conſpiciunt et eam alliciunt Exclama-
Ut ergo pulchram puellã ingenio- tio ad eã uel
ſam alliciamus ad nos exclamãtes [illegible]
dicamus ei. O puella decora nimis [illegible] natam.
ita vt deũ allicias dicentẽ. Dimitte

me: iam enim aſcendit aurora. Be-
nedicta filia tu a domino et ab an-
gelis eius: et ab omni creatura, cre-
ſcas in mille milia: poſſideat ſemen
tuũ filius dei portas eternales ini-
micorũ ſuorũ. En dies letiſſima quã
expectabamꝰ: immo et totus mundꝰ
erat expectans hanc beatam ſpem.
O infans qm̃ emiſſiones tue para-
Cant.4.c. diſus noſter erit: et nunc fauus di-
ſtillans labia tua. O puella decora
nimis: qm̃ tu es illa heſter de qua di
citur. fons paruus creuit in fluuiũ
maximum. Gaudeat pater tuus et
mater tua que genuit te. Hymnum
cantemus ei fratres de canticis ſpõ
vbi recludenda eſt, quoniam ſpecies
eius in nubibus celi: iam etiam par
ua ſctis quiſunt vt nubes volãtes
coequatur. lucerna nunc parat̃ xpo
meo, mel ⁊ lac diuine dulcedinis ſub
lingua tua ſoror mea ſpõſa dei: que
ramus nutricem tibi q̃ eſt dei gratia
cuiꝰ tu nunc es vas nouum helyſei
vbi eſt reponenda ſalus pro multis
aquis ſanandis id eſt pro multis po
pulis ſale gratie condiendis in pre
ſenti, et in futuro ſale glorie ad quã
nos perducat.

¶ Exaltationis ſancte crucis ſer-
mo 38. de eius altitudine.

¶ Abſit michi gloriar niſi i in cruce
dñi nři ieſu xpi Ad gala. 6. d.

¶ Inuocatio vbi maria gloriatur
in cruce.

SI beata virgo ma-
ria gloriari volue
rit: ſatis habet in
quibus, nõ tñ am-
bulãs in mirabili-
bus ſuper ſe: aut ia
ctanter ſed veraci
ter gloriabitur ſu-
Cãt. 8. a. per celos, et etiã ſuper angelos dei
in multis. nam innixa ſupra dilectũ
delitijs affluit, ex quo ſequit̃ ꝙ glo-
maria inti- rioſe ſuper omnia que deus creauit
mius gliat̃ eleuatur in quibus tanꝗ dña glo-
in cruce. riatur et bene vnde ait. In fluctí-
Ecc. 2. 4 bus maris ambulaui, et in omni po
pulo et in omni gente primatum te-
nui, tamen has priores glorias pre
teriens dicit. Abſit michi gloriari
niſi in cruce dñi noſtri ieſu xpi pa-
ratior erat manus marie ad exhibẽ-
dũ ſeruitiũ ꝗ ad capiendũ premiũ
Ideo hoc dicebat intra ſe: quando
pertranſiens omnes qui erãt in cal
uario monte peruenit, vſqꝫ dum ſta
ret iuxta crucem ieſu. Intrauit gla- Joh. 19.
dius paſſionis interiora eius, et ip-
ſa ſe obiecit ei, ac imiſit vſqꝫ duꝫ at-
tingeret crucez, nec amplius potuit
et vt nobis innoteſceret: ꝗ volun
tarie ſe obiecit: ac dedit gladio. Vñ
haud inconſulto fit ꝙ dum depin-
gitur crucifixus collocetur ibi iuxta
cum mater ieſu, et propterea ꝙ coſ-
droe hanc ſibi gloriam vẽdicare vo
luit arroganter: vt. ſ. ſtaret iuxta cru
cem: quam in phano ſuo nephando
ſtatuit iuxta ſe, ac ſi matris dei locũ
mereretur cum ſoli marie iure ma-
terno ſeruetur illa propinquitas ad
crucem, in qua filius pendebat: ob
quam meretur dici doctrix diſcipli-
ne dei et: electrix operum illius. Di
ſciplina dei eſt ipſa crux qua dei fi-
lius propter pacem noſtraꝫ diſcipli
natus eſt, opera eiꝰ ſunt paſſio eiꝰ:
propterea enim poſt ipſam paſſio-
nem dixit conſummatum eſt. ſ. om-
ne quod in paſſione mea facere de-
creui. Ex propinquitate igitur ad
crucez hec marie ſequitur gloria, vt
plus ſciat de cruce ꝗ omnes ſancti
In cuius rei ſignum dicitur ꝙ ange
li ſtãtes iuxta dei archã vocati ſũt
cherubi q̃ iterpretant̃ plenitudo ſciẽ
tie. Nam pleniſſime nouerãt archa
na arce dei, et ſic beata maria quia
propinquior eſt cruci: ampliora con
templatur et profundiora miſteria.
quaſi plene ſciens miſterium crucis
non ſolũ pro ſe ſed pro omnibꝰ qui
ab ea diſcere voluerint, et qm̃ ſcri-
ptũ eſt ꝙ q̃ appropinquãt pedibus
eius accipiẽt de doctrina illiꝰ. Ideo
genibꝰ flexis ꝑ exaltãda cruce ei of
feramꝰ aue maria: qua gratiam opt̃



hinebimus ab ea.
Hiſtoria ¶ Argumentum dicendorum.
exaltatio- ¶ Qui hodie pſonat verba thema-
nis crucis tis eſt eracliꝰ iperator q̃ voluptatũ
ſpreta mollitie: ⁊ requie opulẽta ipe
rij ſui, decreuit eripere labore nimio
vexillũ ſaluatoris. ſ. dñicã crucẽ. quã
tenebat nephando tẽplo captiuam
coſdroe rex perſarũ. Nam cũ beata
helena ſecaret crucẽ ſaluatoris quã
inuenit: et medietate ſecuꝫ adducta
hieroſolimis relinqueret aliã medie
tatẽ integrã: ſꝫ cũ dux ſeuiſſimꝰ coſ-
droe rex perſarũ vi armorũ caperet
hieruſalem: que ſub romano dege
bat iperio, inter ecclie monilia etiã
vexillũ crucis attulit ſecũ: et regnũ
tradens filio ſuo. ipſe reſedit in pha
no mirifico: vbi nõ ſolũ rex regum:
et dñs dñantiũ voluit appellari, ſed
ab incolis voluit adorari manens
iuxta crucẽ ieſu. Hoc audiens ſctũs
imperator eracliꝰ cõgregato exerci
tu venit cõtra eum et ſimiliter filius
coſdroe monit acies ſuas. dũ aũt al
ter alteri prope eſſẽt: per nũtios de
creuerunt: vt ambo pariter dimica-
rent, tali pacto vt ſub morte grauiſ
ſima nemo auderet principi ſuo au-
xiliũ ferre: ſed victus cũ exercitu ſuo
ſubderet̃ victori. Hoc ſic ſtatuto ſi-
gno crucis ſe muniuit eracliꝰ: quam
eripere cupiebat: exoráſqꝫ populum
vt eũ cruci cõmendaret: ſic faciliter
cõtrarium defecit: vt cõtrariorũ ani-
mos deterreret: quibus et filio coſ-
droe ab eo deuicto cõtulit baptiſmi
donũ. Unde ipſa die preſidio crucis
tot aĩas et reges pariter et regna lu
cratꝰ eſt, que omnia cruci attribuẽs
frequẽter aiebat. Abſit michi gloria
ri ⁊c. Hec victoria optẽta eſt. 600.
anis poſt icarnationẽ: vbi exaltata
eſt crux ꝑ totũ orbẽ, ⁊ ad hieruſalem
humeris imperatoris deportata, et
loco ſuo reſtituta. Tres ſũt ſermoni
ꝑtes, in prima dicẽt angeli ꝟba the-
Diuiſio. maticis in ſcda ſcti i tertia pctõres.
prima ps. ¶ Qui primitꝰ ſctãm crucẽ exalta-
rũt: ſũt ipi angeli. Ubi aduerte ꝙ pri
ma xpi crux ipa diuinitas ẽ: q̃ a cru-
ciãdo crux dici põt. qs nã plꝰ cruciat
etiã ifernales ꝗ deꝰ ipe: Inferno du
plex dr eſſe pena. ſ. dãni ⁊ ſenſus, ma
ior eſt pena dãni, Quis magna ſit pe
na ſenſus. Nec mireris in pena iſta
duplici. Nã et duplex malũ ẽ i pctõ
. ſ. auerſio a deo, ⁊ cõuerſio ad crea- Duplex pe
turã. Auerſio eſt maiꝰ malũ: ⁊ ꝑpter na pcti.
ea huic coreſpõdet pena dãni, ꝯuer-
ſio minꝰ et huic eſt pena ſenſus. mi
noris pene miniſtri ſũt demones: et
ignis ⁊ vermis ⁊c. Maioris aũt pe-
ne ſolꝰ deꝰ miniſter ẽ. Quis eni cau
ſat triſtitiã quã habes ꝟ abſẽtia ali
cuiꝰ boni, niſi ipꝫ bonũ abſẽs: hãc
ergo maiorẽ penã a deo cauſatã ſen
tiebat ille q̃ dixit. Pater mitte laza- Luc. 16. f.
rũ: vt intigat digiti extremũ, et gut- Crux eſt di
ta ex eo cadẽs refrigeret liguã meã uinitas.
qr crucior in hac flãma. Iã aduerte:
ꝙ fruitio dei vocatur aqua ſapiẽtie
ſalutaris: de qua dr. Et torrẽte vo-
luptatis tue potabis eos. manꝰ aũt Ps. 35.
ſignificat opus, digitꝰ aũt ſubtilio-
rẽ exercitationẽ. Petijt ꝗ diues cru-
ciatꝰ illã fruitionẽ paruã, que corre fruitio eſt
ſpõdet vel minimo ſpũali operi. ſ. ſu aqua laza
ſpirio pauperis lazari, q̃ valeret eũ ri
ſatiare. Nã ois fruitiõis pars etiaꝫ
paruiſſima ſatiare ſufficit hominez,
eiqꝫ itegrũ refrigeriũ pſtare. Ut re-
frigeret, inquit linguã meã qd ipoſ-
ſibile ẽ, ſi de aqua materiali qs hoc
intelligat, q̃ ſi nec ſitiẽtis linguã pt
refrigerare, ꝗtominꝰ i flãma crucia
ti: Dei ergo fruitionẽ optauit: cuiꝰ
abſentia eũ cruciabat. Habes ergo
ꝙ crux ẽ ipa diuinitas malos i ifer-
no pena damni cruciãs: ⁊ bonos in
hac vita, Hãc diuinitatẽ filij dei an
geli nouerãt vniẽdã homini. Nã re-
ferente iohãne cũ factũ eſt prelium Apo. 12. b.
magnum in celo inter drachonem Exaltatio
et michaelem: velut inter coſdroe crucis.
et eraclium, boni angeli malos vice
runt in ſanguine agni, quod facere
non poterant niſi crucez preuidẽdo
vbi dominꝰ occiſꝰ eſt. Hic aduerte
ꝙ ãgeli ꝑmũ laboris ſuſtinuerũt ꝑ

pꝛelio illo,quod pꝛopterea dicitur
magnū.nec ideo finibiles erāt:Quis
fatigabiles eſſent:vt patet de aīa ſe
parata que fatigari poteſt et non fi
nirı .De hoc ergo laboꝛe dixit deus
Gen.18.a. angelis.Requieſcite ſub arboꝛe.ſ.
crucis a laboꝛe ꝑpeſſo.Pater mul-
taꝝ gētiū abꝛaham hoc dixit tribꝰ
angelis ſibi apparētibꝰ: ideſt deus.
ſibi notis tribꝰ hierarchijs.Si om-
nes angeli ſunt ſub arboꝛe,ſequitur
ꝙ crux eſt exaltata ſuper cedros dei
Nec mirum quia vexillum altioꝛi lo
co ponitur peracta victoꝛia.Hic no
ta ꝙ pugnantium ſemper eſt contra
ria voluntas, ideo lucifer dicebat.
Eſa.14.d. Aſcendam in celo:⁊ ſuper aſtra dei
exaltabo ſoliū meum.Dum hoc no
uerunt boni angeli aſtare per con-
tra nituntur:et eodē loco figere cru-
Eſa.6.a. cem chꝛiſti:quia eſt eius ſolium: de
quo dicitur.Uidi dominum ſedentē
ſuper ſolium excelſum et eleuatum
et ea que ſub ipſo erant replebant
templum ſeraphin ſtabant ſuper il-
lud.Multū eleuata eſt crux atqꝫ plu
rimū exaltatur:nā ſub ſe derelinquit
etiam ſeraphin; ideoqꝫ dicuntur ea
ſ.agmina angeloꝛum que ſub cruce
erant replere templum:ſ.non manu
factum.¶ Duplex celſitudo nota-
Solium regis eſt crux tur in ſolio crucis: quando dicitur
excelſum et eleuatū.Nam excelſum
eſt in terra:et eleuatum in celis per
angelos dicentes.Abſit michi glo-
riari niſi in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i
Solium dicitur ſedes,vbi rex ſede-
re ſolet tanꝗ rex.In hoc ergo ſoliū
excedit ceteras ſedes:quoniam re-
gem poſſidet coꝛonatum: ac officiū
ſuū exercentē.Sedit ſane chꝛiſtus
in cruce tanꝗ rex:quia ibi coꝛonam
accepit a matre ſua ſinagoga,īōqꝫ
vocatur in ea rex iudeoꝛum et eſt.
Nam qđ illa irridendo fecit.ille ve-
raciter effecit: ac ineternum ſtabili-
uit dominus ſinagoga pertīſſa vo-
lens delere titulum regni nō preua-
luit:ſꝫ iudex dixit.Qđ ſcripſi ſcripſi
ac ſi dicat qđ per malitiā petitionis
vr̄e ſcripſi:optime ſcripſi.ſ.meliꝰ ꝙ
putabam:ideo maneat ſic.Ibi etiā
xp̄s rex regum: ac dominus domi-
nantium exercuit regale officiū,vbi
aduerte:ꝙ qñ dominus regnauit a
ligno:quidam exclamauit ei dicens
Luc.23.f. Domine memento mei: dū veneris
in regnum tuum.Chꝛiſtus autē oſtē
dens ſe iam eſſe in ſolio regni ſui re
ſpondit,amen amē dico tibi hodie
mecum eris in paradiſo.Ex hoc in
fero:ꝙ crux non cuiuſcūqꝫ regni ſo-
lium eſt:ſed regni dei etiā paradiſū
ex eo conferentis, nec mirum qꝛ ſu-
per thꝛonos angeloꝛum ponitur ſo
lium iſtud in celo,In hoc ergo ſolio
rex diuinus quicquid regno ſuo per
tinebat exercere dignatus eſt,vſqꝫ
dum diceret.Conſummatum eſt.Et
qm̄ rex noſter triplex habet regnum
ſ.celeſtium terreſtrium ⁊ infernoꝝ
pꝛopterea ex ſolio crucis in omnibꝰ
oſtendit ſigna,celos induens tene
bꝛis ac terremotu petre ſciſſe ſunt,⁊
Mat.27.f. ex pꝛofundo multa coꝛpoꝛa ſancto-
rum: qui doꝛmierant ſurrexerūt.Ec
ce igitur quomodo crux eſt totius re
gni dei ſoliū ex quo deus omnia re
gna ſua moderatur: ac regit.Hoc
ſolium excelſum faciunt angeli,xp̄s
autē altius eleuat illud:nā pꝛopter-
Eſa.6.a. ea etiā hodie dicit Eſaias.Uidi do
minum ſedentem ſuper ſolium excel
ſum et eleuatum.Sed ne quis puta
ret hoc ſolium nude in terra poſitū
addidit.et ea que ſub ipſo erant:re
plebāt templum.ſ.pompa ineffabili
¶ De ſpiritibus aūt addidit.Sera
Statio ſeraphin. ps.103. phin ſtabant ſuper illud.Iſti qui ſo
lio deſeruiunt:non permittuntur ſe-
dere:ſed ſtare dicuntur Sunt enim
miniſtri de quibꝰ dicitur.Qui facit
angelos ſuos ſpiritus:et miniſtros
ſuos flamā ignis.Qui ſemper ten-
dit ſuperius et foꝛſitan vis amoꝛis
ſeſſionem vetat,qm̄ amoꝛ impatiēs
exit etiam a ſe.Dum ſtamus et non
aliter:rectitudinem ſeruamus,que
amoꝛi eſt annexa.Nam ideo dicitur
recti diligūt te.Stationē iſtā diliga
mus



mus ⁊ operemus fratres cum illa q̄
Luce.7.f. ſtans retro ſecus pedes Ieſu audire
meruit,dimittūtur ei pctā multa:qm̄
dilexit multū.Ue aūt hoibꝰ in terrā
Phil.3.d. cadētibus inimicis crucis xp̄i,quoꝝ
deꝰ vēter eſt:qui terrena ſapiūt.Si
em̄ ſeraphin ſtare nituntur,cur nos
iacemus,vſqꝫ dū adhereat terre vē-
ter noſter?¶ De hoꝝ aūt ſpirituū
exercitio ſequitur.Sex ale vni:⁊ ſex
ale alteri: duabꝰ velabāt faciē eius
et duabus velabāt pedes eiꝰ:⁊ dua
bus volabant.Ut ait lyꝛa in hebꝛeo
clarius ſcribit.ſ.ſic.Duabꝰ velabāt
faciē ſuā.i.ipſoꝝ ſeraphin ⁊ ſilr pe-
des ꝑpꝛios.Iā ergo de alis loqua-
mur tantiſper.ſi ea.ſ.agmina ange-
loꝝ ſcđm gloſam que erāt ſub deo ⁊
ſunt replent tēplū,⁊ hec viſio vt in-
nuitur in lr̄a:apparuit ſup domū do
mini maieſtate apparentis impletā
ſequitur:ꝙ oīa agmina āgeloꝝ que
ſunt,ſup domū celi,deſcribuntur ſub
hoc ſolio crucis:nec ei iuncta eſſe ſꝫ
multū deoꝛſum.Nam ideo habent
alas:vt ad crucis miſteria volare va
leant.Cōfoꝛtata eſt em̄ crux: nec eā
poterunt cōpꝛehendere/ideo nō vo
lant ſex alis ſed duabus.ſ.medijs.
Nam principiū ⁊ finē crucis:non at
tingit ex toto niſi ille, qui eſt alpha
⁊ o.deꝰ ⁊ homo xp̄s:qui eam elegit.
Ignoꝛamus nāqꝫ cur opoꝛtuit xp̄m
Luc.24.g pati:ecce pꝛincipiū,et ita intrare in
gloꝛiam ſuam:ecce finem.Dicamus
ergo cū apoſtolo.O altitudo diui-
Rom.11.d tiaꝝ ſapiētie ⁊ ſciētie dei,ꝗ incōpꝛe
hēſibilia ſunt iudicia eiꝰ:⁊ inueſtiga
biles vie eiꝰ.Pꝛofundiꝰ dei iudiciū
eſt iudiciū crucis:de quo incipit ho
Ipſe xp̄s eſt crux. diernū euāgeliū.Nūc iudiciū ē mū-
di ⁊c.Hoc iudiciū nec angeli ſciunt
ꝯpꝛehendere:Quis volāt ⁊ nitūtur
ad hoc.Eſt em̄ in cruce q̄dā dei vtꝰ
⁊ diuinitas,duo ligna trāſuerſa cru-
cem efficiūt: ſi ſuper rectū lignū ele-
ues alteꝝ tranſuerſale.Iā ꝗ aduer-
puer.3. te:ꝙ lignū rectiſſimū eſt diuinitas
vbi nā ⁊ vbū dr̄ lignū vite etiā eter-
ne,his qui appꝛehenderit illud per
fidem:⁊ qui tenuerit illud in gloꝛia
beatus erit.Lignū quoqꝫ eſt huma-
nitas noſtra,que antea deiecta erat
ideoqꝫ lignum moꝛtis dici valet.Ta
men hoc lignum ſecundū:iam opere
ſpiritusſancti eleuatū eſt atqꝫ iūctū
tranſuerſaliter ligno vite,ſic vt cru-
cem inuenire poſſimus in xp̄o,quā
etiā ſeraphin minime poterunt me-
tiri.Et aduerte ꝙ lignū moꝛtis ſci
licet moꝛtalis homo aſſumptꝰ eſt a
ligno vite trāſuerſaliter,qꝛ ſic vtrū-
qꝫ diſtincte apparet,⁊ in xp̄o imper-
mixtas credimus naturas,vt ſic inte
ger ſit homo atqꝫ deus: ne alter al-
teri detrahat,nec alter alterum con
fundat.Hoc igitur miſteriū nec Io
hānes,nec omnes angeli potuerūt
enodare.nam ipſa mater dei clamat
dicēs.Quomodo fiet iſtud.Uelent
ergo ſeraphin faciem ⁊ pedes ſuos,
qꝛ nec verbi deitatē nec humanita-
tem aſſumptā valent compꝛehende-
re.Tamē quia in huius diuine ⁊ hu
mane crucis intuitu beatificantur:
clamant dicentes.Abſit michi glo-
riari niſi in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i,
cui addunt clamātes admiratiue al Eſa.6.a.
ter ad alteꝝ ſctūs/ſctūs/ſctūs/ dñs
deus exercituū: plena eſt oīs terra
glīa eiꝰ.Poſtꝗ ipſi btificant in cru
ce:nos qui ſumꝰ oīs terra dicūt im
plēdos glīe xp̄i,quē ter dicūt ſctūm
ad āplioꝛē ꝯfirmatōēꝫ:vt ibi Terra Hie.22.g.
terra terra audi verbum dñi,vel ter
xp̄m ſanctum pꝛecinunt:vt hanc cru
cem opere trinitatis compaginataꝫ
denuncient.Hec pꝛime parti ſatis.
¶ Scđa crux eſt aīa xp̄i a deitate Scđa ps.
cruciata:q̄ durius ceteris crucibꝰ ſo
let cruciare.Hāc em̄ ſi nos cruciat:
fugere nō valet q̄ſpiā.Hec ꝗ crux.i.
anima xp̄i ⁊ patitur:⁊ confert crucia
tū.Patitur cruciatum a deitate cla Aīa xp̄i eſt crux.
re viſa,dū eam intuetur offenſis ple
nā et peccatiꝫ noſtris: ideoqꝫ anima
iſta beatiſſima figuratur in apocali
pſi vbi dr̄ Signū magnū apparuit i Apo.12.a.
celo mulier amicta ſole ⁊ luna ſub
pedibus eius,⁊ in capite eius coꝛo-

ꝰ a ſtellarũ.12.Et in vtero habens
cruciabatur:vt pareret.Signũ qui-
dẽ magnũ qđ in celo deitatis aſſum
ta ſit aïa iſta,eiq; velut amictus ſit
verbi diuinitas q̄ dicitur ſol. et lu-
na vniuerſe creature ſubdatur ei ve
lut regie coronate.12. prerogatiuis
mirificis.Hec numero predeſtinato
rum pregnans erat:eum habens in
vtero memorie ſue ſollicita.Satis
equidem turbatur erga plurima,et
cruciabatur dum viueret:vt nos pa
reret,in lucẽ eternã editos. Quod
innuitur dum dicitur ibidem.ꝙ fi-
lius eius raptus eſt ad deum et ad
thronum eius. huius anime filius
eſt numerus predeſtinatorum: qui
per eius merita exaltatur,et aſſumi-
tur in gloriam.Hanc animam velut
pregnãtẽ cruciabat primo fetus vte
ri eius quia nos prebuimus ei labo
rem in iniquitatibus noſtris.Secũ
do draco infernalis: qui flumẽ paſ
ſionum immiſit contra mulierem:vt
ſuffocaretur a flumine,Tertio ipſe
Can.1.b. ſol diuinus cui vnita erat:ideo aie-
bat. Nigra ſum: ſed formoſa filia
hieruſalem,et alibi.Nolite me con
ſiderare ꝙ fuſca ſim: q2 decolorauit
me ſol. Hec cruciatio fuit immiſſio
quedam paſſionum que magna fuit
velut mare contritio eius: quã pro
peccatis noſtris.et deus infundebat
qui poſuit ſuper animam xp̄i iniq-
tates omniũ noſtrũ: ⁊ amaritudine
repleuit eam merore cõfectã.O deũ
ferientem locum ſanum:vt ſanet lo-
cum infirmum.Percutit enim vnitũ
